



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

9. De renunciatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

- 2 Archiepiscopi in aliena Provincia pallio vti non posse sunt.
3 Dies solemnes quibus Archiepiscopi pallio vti possunt qui sine referuntur.

C A P. Cùm sis. VI.

A Archiepiscopus Missam celebrans in qualibet Ecclesia sua Provincia permisit diebus pallio vti possit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Butr. Bald. Viu. ni ratione primi libri iur. Pont. pag. 50. Alagon. in compen. iur. Can. pag. 86. referunt ab Ant. Aug. coll. 4. Decret. lib. i tit. 2. c. 1.

Vicinque fuerit.] Hinc aliqui deducunt Archiepiscopos etiam in aliena Provincia vti posse pallio de consensu eius, ad cuius Provinciam declinat, iuxta text. in c. ex tuarum, in fine supra hoc tit. Verum ille text. repugnat si aduersa procedere supposito speciali priuilegio. Quare cum glossa in præsentia, quam sequuntur Doctores communiter ibi, teste Ruzeo de præminentia Archiepiscopalis dignitatis, præv. 21. vers. illud tamen, dico quod verba generalia, vicinque fuerit, respringuntur ad terminos habiles, scilicet intra Provinciam, iuxta doctrinam glos. 1. l. 1. C. de sacra Eccl. & gl. vlt. in c. 1. de conf.

Diebus solemnis.] Qui sint isti dies solemnes, quibus Archiepiscopi pallio vti possunt, referunt Duran. in rationali diuinorum, l. 3. c. 17. n. 13. Azor. in st. mor. p. 2. l. 3. c. 34. q. 2. vers. quares quinam. Moscon. de maiest. milit. Eccl. p. 1. l. 1. c. 8. pag. 236. lit. B Fr. Emman. q. Reg. tom. 4. praxis crim. tit. 4. de visit. c. 14. n. 10. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Archiepiscopus §. 2. Illust. D. meus Roder. à Curh. in com ad c. pallium 6. n. dist. 100.

Illud demum scire te volumus quod licet Pallium sit proprium insigne Papæ, Metropolitanorum, Patriarcharum & Primatum, vt obseruant Azor. d. c. 34. in princ. Moscon. ebi supra pag. 234. ad fin. tamen aliqui Episcopi ex particulari Papæ indulgentia Pallio vntuntur, & sunt videlicet Ostiensis, quia papam consecrat, & eo vtim ex institutione Marci Papæ, Pa- piensis in Lombardia, Lucensis in Tuscia, Bambergensis in Germania, Quinqueecclesiensis in Vngaria, vt referunt Cæremot. Roman. l. 1. 8. vers. debent, Durand. d. c. 17. numero 13. ad fin. Moscon. d. c. 8. pag. 236. litera G. Stephan. Durant. de ritib. Eccl. l. 2. 9. n. 43.



De Renuntiatione.

T I T. I X.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubricam sribentes.
2 Renuntiationis materiam qui Doctores trahent, citantur.
3 Renuntiare aliquando sumitur pro eo quod est referre, seu nuntiare, frequenter tamen accipiunt pro repudiare, resignare, vel cedere.
4 Renuntiationis definitio ut sit spontanea juris proprii dimissio, vel melius ut sit spontanea beneficij dimissio à superiori admissa.
5 Dimissio comprehendit quemcumque actum per quem

- quis à se iure proprium abdicat.
6 Cedere propriè dicitar qui dimittit ius ad rem, quod habet in beneficio.
7 Renuntiare, cedere, & resignare inter se confunduntur, & unum pro alio paſſim accipiunt.
8 Renuntiationis beneficiorum duplex est, & tacita & expressa.
9 Renuntiationis tacita dicitur que à iure absque aliqua verborum expressione fieri intelligitur.
10 Renuntiationis expressa est illa, que resignante verbo, aut scripto iuxta formam à iure prescriptam celebratur.
11 Renuntiationis duplex est, altera simplex & pura, que ex mera liberalitate absque ullo pacto, & conuentione fit, altera vero conditionalis, que in favorem certa personæ, vel sub aliqua conditione celebratur.
12 Renuntiationis simplex & pura à iure recepta est, & eadem dioecesano Episcopo fieri potest.
13 Renuntiationis conditionalis à iure reprobata est, de style tamen curie à Rom. Pont. admittitur.



UPER hanc rubric. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania. Panorm. Butr. Petr. Alphon. de Vasconcellos in harmonia rubricarum. Petr. de Ravenna in compendio iuris Canonici. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 16. verso, Bernard. Compostel. in breuiario iuris Canonici, Martin. Mesiarius in epitome Decretalium. Guillelm. Durand. Specular. in breuiario aureo iuris Canonici. Daniel. Venator. in Analysis methodica iuris Pontificij. Goffred. & Host. in summa bruis tit. Alexand. Callan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. Lancelot. in iurisstitu. Canon. Barthol. Carthag. in expedit. titulorum iuris Canon. Zipæ in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 38. Canif. in summa iuris Canonici. Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honot. lib. i. summa in iuris, & Andreas Vallenensis in suis com. supra Decret.

De renuntiatione beneficiorum ex professo tractatum edidit Flamin. Parifius, & incidenter in suis operibus de ea tractarunt, Turzan. Villalob. Soar. & alij tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 1. Nau. tom. 1. cons. sub hoc tit vbi 12. consilia ponit. Sayt. in floribus deci. sub eod. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 19. Rebuff. in praxi benefic. tit. de renuntiatione, Stephan. Quarant. in summa Bullarij, verbo, Beneficiorum renuntiationes, Valer. Reginald. in praxi fori ponit. lib. 30. tract. 3. num. 327. cum seqq. Nicol. Garcia de benefici. part. 11. cap. 1. cum seqq. Et de renuntiationibus in generali egerunt Petr. Galleratus, & Hubert. Giphanius, & de renuntiationibus iuris Iacob. Butrig. tom. 6. tract. Doctrinam part. 1. fol. 404. & de renuntiationibus filiarum Bartholom. Musculus, & de renuntiationibus variorum iurium Andr. Dalnerius, & de renuntiandi recepto more, modique Henric. Brænæus. De permutationibus verò beneficiorum tractatus ediderunt, Egid. Bellamer. Federic. de Senis, Petr. Andr. Gam. Petr. de Vbaldis, omnes tom. 15. part. 1. tractatum. Doctor. & noue Ioan. à Cochier.

Renuntiare apud Jurisconsultos, & lingue latine, professores variè significat, aliquando enim sumitur pro eo quod est referre, seu nuntiare, ut in l. 1. in princ. ff. si mensur. falsum mod. dix. unde renuentes secreta Regis renuntiantes appellantur à Jurisconsulto. in l. si quis aliquid ff. de pœn. notat Alciat. in l. detractione ff. de verb. sign. frequentius tamen accipiunt pro repudiare

repudiare, resignare, vel cedere, vt colligitur ex l. 2. ff.
de diuort. l. 1. C. de sposal. cap. ex parte, de cler. agrot. cap.
susceptum, in fine, de rescript. in 6. tradunt Othoman. de
verb. signific. verbo renuntiare, Thesaur. verbo renuntiatio
à princip.

* Definitur autem communiter renuntiatio, vt sit
spontanea iuris proprij dimissio, secundum Host. in
sum iur. de pacis, §. 1. num. 6. Petr. Gregor. synagm. juris,
lib. 17. ap. 57. num. 13. Sebastian. Medic. de definit. def. 96.
& est communis ex Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 1.
quest. 1. num. 30. quam tamen merito reprobatur ex eo
quod solum conuenit renuntiacioni in genere, non
autem renuntiacioni beneficiorum in specie, de qua
principiū agitur in hoc tit. Expressa igitur renuntiatio,
de qua tantum agitur in praesenti, definiri potest vt sit
legitima beneficij dimissio à Superiori admisita. Loco
generis ponitur, *dimissio*, complectitur namque quem-
cumque actum per quem quis à se ius proprium abdi-
cat, vt colligitur ex Mandol. in reg. de infirmis quest. 13.
num. 8. Petr. Gregor. d. cap. 17. num. 14. quo sapientius in
hac materia vtinatur Pontifices, vt colligitur ex cap. si
beneficia, de probend. n. 6. Extraaug. excrucialis Ioan. XXII.
cod. tit. reliqua verò particula loco differentiarum po-
nuntur. Dixi, *legitima*, ad excludendas renuntiations
à iure reprobatas, qualis est illa in qua dolus interuen-
tit, illa etiam quæ de alieno beneficio, aut coram in-
feriori Ordinario sine legitima causa celebratur, tales
namque renuntiations nullius sunt momenti, vt
colligitur ex text. in cap. super hoc, infra hoc tit. & in cap.
ad audienciam, de his quæ vi, & in cap. dilectio, in fine de
6 probend. Dixi, *beneficij*, quia ad veram & propriam
renuntiacionem oportet vt resignans habeat ius in re,
non autem ius ad rem, talis namque iuris dimissio
cessio potius, quam renuntiatio dici potest si ad
veram & propriam verbi significationem attendamus,
vt post Mandol. de signature gratia, verbo cessiones, tradit
7 Petr. Gregor. d. cap. 17. n. 21. non negamus tamen verba
hæc, renuntiare, cedere, & resignare, inter se confundi,
& unum pro alio passim accipi, vt notat Flamin. d.
lib. 1. g. 1. n. 70. Addidi, à Superiori admisita, vt offendere
rem de substantia renuntiacionis esse quod à Superiori
admittatur, vt notant Doctores in cap. admo. et inf.
hoc tit. Rebuff. in reg. de infirmis gloss. 12. n. 1. Menoch.
remed. recuper. num. 374. Nauar. in cap. accepta opposit. 7.
num. 18.

8 Renuntiatio beneficiorum duplex est, tacita, &
expressa; tacita dicitur illa, quæ à iure absque aliqua
verborum expressione fieri intelligitur, vt docent
Rebuff. in praxi benef. tit. de tacita renunt. 1. Flamin.
9 Paris. d. lib. 1. quest. 1. num. 9. & à num. 16. quibus in locis
aliqua adducit tacita renuntiacionis exempla, & ponit
in eo, qui in minoribus Ordinibus constitutus matri-
monium contraxit cum videatur renunciare beneficio
quod ante matrimonium habebat cum exercet actum
clericatus omnino contrarium, vt colligitur ex cap. 2.
& ex cap. quod à te, de cleric. coniug. Aliud exemplum
ponit in eo, qui consequitur pacificam possessionem
secundi beneficii incompatible cum priore, quia
eo ipso priori renuntiacione videtur, iuxta cap. de multa,
de probend. Extraaug. excrucialis XXII. §. quid vero eod.
tit. Sed his & aliis tacita renuntiacionis exemplis re-
iectis describi potest tacita renuntiatio, vt sit illa,
que non ex verbis, sed ex actu aliquo ad renuntian-
dum accommodato à iure inducitur, potest proponi
exemplum in casu cap. transmissa, infra hoc tit. quia faciliter
clericus bona, que Ecclesie sua donauerit, ite-
rum repetit, quia ex tali repetitione colligitur præ-
dictam Ecclesiam voluisse dimittere. Potest etiam
poni exemplum tacita renuntiacionis in casu cap. ex
ore, de his, quæ sunt à maiori, vbi litigans super quæ
Tom. I.

dam Præpositura ex eo quod colliganti suo renun-
tiatum exhibuit, iuri suo renuntiatio creditur, immo fu-
perior non contradicens tacite etiam renuntiacionem
admisita creditur, quia utroque casu ex parte beneficiari
internenit factum ad renuntiandum ordinatum,
ex quo lex talis præsumptionem elicere potuit, &
ideo si in terminis horum iurium partis protestatio
interuenisset, cessabat omnis renuntiacionis præ-
sumptio.

Expressa autem renuntiatio est illa, quæ à resignante
verbo, aut scripto iuxta formam à iure præscriptam
celebratur. Hæc verò duplex, altera simplex & plura,
quæ ex mera liberalitate absque ullo pacto & conuen-
tione fit: altera verò conditionalis, quæ in favorem
certæ personæ; vel sub aliqua conditione celebratur,
meminit utrinque Rebuff. in praxi tit. de expressa re-
nunt. ex num. 1. Parif. consil. 19. lib. 2. Dec. & alij in cap. ex
parte, il 1. de offic. deleg. Nau. in man. cap. 23. num. 107.
Mascard. de probat. consil. 1395. num. 10. licet Put. & alij,
quos refer & sequitur Flamin. d. 1. quest. 2. num. 3. ex-
istens renuntiacionem conditionalē à nostris Ponti-
ficibus etiam tempore Clementinorum fuisse in-
cognitam, falluntur tamen, quia renuntiatio, quæ
fit ex causa permutationis, conditionalis est, vt re-
soluit Felin. in c. cum venerabilis, de except. Petri. Gregor.
d. cap. 17. n. 31. Hieron. Gabr. consil. 199. lib. 2. Flamin. d.
lib. 1. quest. 2. n. 14. & tamen constat beneficiorum per-
mutations in iure quasi passim admitti, vt constat ex
c. vnic. de rerum permis. lib. 6. Clem. 1. eod. tit. igitur
conditionalis resignatio à nostris Pontificibus cognita
fuit.

Inter utramque verò renuntiacionis speciem illa
principalis est differentia quod simplex & pura re-
nuntiatio à iure recepta est, & coram diocesano
Episcopo fieri potest, vt colligitur ex 1mo hoc tit. de re-
nuntiat. & docent Rebuff. in praxi tit de pura resign. à n. 1.
Rip. in cap. cum M. num. 2. 3. de constit. Renuntiatio verò
conditionalis à iure reprobata erat, iuxta gloss. verbo
dimittere in d. cap. ex parte, il 1. de offic. deleg. praxis ta-
men styl. Romana Curia à multis facilius obserua-
ti obtinuit vt hæc conditionalis renuntiatio à Ro-
mano Pont. admittatur, cuius meminit Gloss. in
pragm. sanct. tit. de annatis, in gloss. verbo simplicis, Rebuff.
in d. praxi tit. de renuntiat. expressa, Mandol. de signature
gratia tit. de regressu ver. notandum, Nau. d. cap. 23. n. 107.
ver. ad decimum: non sic digendum in Episcopo, Le-
gato, Nuncio, vel quocumque alio inferiori Prelato, qui
conditionales renuntiations tanquam simonia-
cas admittere non potest, vt post Abb. & alios in d.
cap. ex parte, il 1. ff. de offic. deleg. tradunt Redoan. de
simon. part. 2. cap. 10. ex num. 1. Couarru. lib. 1. variar. e. §.
num. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopo qui propter senectutem vult cedere, non da-
tur licentia cedendi si necessarius, vel vultis sit Ec-
clesia sue.
- 2 Episcopatu potest renuntiari.
- 3 Senectus, que non impedit in totum exercitum
officii Pastoralis, non prebet infamam causam re-
signandi Episcopatum.
- 4 Infirmitas plerumque prodefit.

C A P. Literas. I. Alex. III.

Episcopus licet sit senex, & se sufficientem consideret, si tamē est utilis Ecclesiae, non datur ei licentia cedendi Ecclesiam personam incognitam, satius est enim sub umbra sui nominis gubernari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoft. Innoc. Panor. Bald. Butr. Compostel. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 252. Alagona in compendio iuris Caronici, pag. 87. remissione Ximen. in concord. part. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decretal. lib. I. tit. 5. c. 3.

Collige ex text. [Episcopatu posse renuntiari, vt ex Put. tradit. Flamin. Parif. de resign. lib. 2. q. 17. s. 3.]

Maxime quia in se viget.] Notatur ad hoc quod senectus, qua non impedit in totum exequitionem officij Pastorali, non praebet iustum causam resignandi Episcopatum, vt per Flamin. lib. 5. q. 3. n. 5. vbi n. 52. cum Abb. his notab. 1. sub n. 1. & Butr. etiam not. 1. sub n. 7. dicit quod si senex est utilis & necessarius Ecclesiae, & adest periculum in mutatione, senectus non est sufficientis causa cedendi.

Sed urgente deorsum, &c.] Notatur ad hoc quod infirmitas plerumque prodit, quia urgente deorsum conditione corporea fener spiritus in sublimiora confundit, vt per Paul. Fusc. lit. 1. sing. 19. Guillelm. Benedict. in c. Raymuni, de restam. verbo mortuo itaque testatore, si 1. ex. n. 9. in fine, homo enim in infirmitate constitutus recognoscit peccatum suum, gloss. in c. potest fieri, de penit. diff. 1. cum corporis infirmitas nonnumquam ex peccato proueniat, c. cum infirmitas, de penit. & remiss. Mich. Autif. de unitate ouibus, & pastoris c. 2. 3. n. 1. in fine, Selu. de benefic. p. 1. q. 5. n. 12. 2. Fusc. de visitat. lib. 2. c. 3. n. 10. Azened. l. 5. ex. n. 2. xii. 1. 1. noue recop. imo & mors aliquando citius veniat propter peccatum, gloss. verbo decedat, in cap. qua fronte, de appellat. Neuiz. in sylva nupr. lib. 4. num. 94. ver. propterea, Sebalt. Medic. in tract. mors omnia soluit p. 1. m. 17. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium qui abiuratur, licet potest illud (si denuo eligantur) obtinere.
- 2 Renuntians beneficium potest ad illud denuo eligi, vel admitti ex alio titulo superueniente.
- 3 Remittens iuri futurum censeretur, solum remittere illud quod habet causam de presenti.
- 4 Preservatio stalli in choro, & loci in Capitulo licita est in resignatione.
- 5 Beneficium post resignationem potest quis habere sine nova collatione cum simplici uestititura facta ab habente potestate conferendi.
- 6 Renuntatio iurata non trahitur ad ius superueniens, vel futurum.
- 7 Iuramentum non extenditur ad actus non cogitatos, & futuros.
- 8 Iuramentum scholaris de non doctorando se alibi, quam Bononia, intelligitur rebus sic stantibus.

C A P. Cūm inter. II.

Beneficio qui renuntiat iurando non repetitur, si deinde auctoritate Papae eligitur a maiori parte, potest beneficium retinere, quia iuramentum non impedit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect.

Anch. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Hoft. Innoc. Panor. Bald. Butr. Compostel. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 252. Alagona in compendio iuris Caronici, pag. 87. remissione Ximen. in concord. part. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decretal. lib. I. tit. 5. c. 3.

Collige ex text. exclusum à beneficio propter eius renuntiationem posse ad illud denuo eligi, vel admitti ex alio titulo superueniente, vt per Palat. in repet. rsbr. de donation. inter virum. §. 67 num. 18. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 13. n. 4. 5. Valer. Reginald. in praxi fori parent. lib. 30. tract. 3. num. 33. Franc. Molin. de rito nuptiarum. lib. 3. q. 94 num. 6. nam remittens iuri futurum censeretur remittere solum illud, quod habet causam de presenti tantum, non aliud, i. quod servus, ff. de corditi. ob causam, vbi Bart. Bald. Alex. & Iaf. idem Bart. in l. qui Roma. §. duo fratreff. ff. de verbis obligat. & in l. 1. vbi Ripa n. 26. Zuchar. num. 159. C. de pacificis, Surd. conf. 15. n. 28. & conf. 308 n. 30.

Scilicet stallio in choro, &c.] Notatur ad hoc quod in resignatione licita est referatio stalli in choro, & loci in Capitulo, vt per Abb. hic num. 1. & seq. Roman. conf. 482. num. 2. Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 3. q. 1. art. 8. n. 2. Sarnen. de public. resign. q. 2. & de annal. q. 60. Mandos. q. 30. quos refert, & sequitur Flamin. lib. 6. q. 1. n. 12.

Inuestitum.] Notatur ad hoc quod post renuntiationem quis potest habere beneficium sine nova collatione cum simplici uestitura facta ab habente potestate conferendi, vt per Rebuff. de pacificis possess. num. 152.

Non enim videtur, &c.] Notatur ad hoc quod renuntiatio iurata non trahitur ad ius superueniens, vel futurum, vt per Tiraquel. in l. si vnguam, in prefat. n. 14. 9. Iuramentum enim non extenditur ad actus non cogitatos, & futuros, vt per Tiraq. ubi proxime, n. 166. Iaf. in l. quod servus, num. 11. & 12. ff. de conditi. ob causam, Hyppol. in l. 1. §. fin. ff. de q. Guttier. de iuram. confirm. part. 1. c. 7. 1. num. 6. Mascard. de probat. concl. 1. 164. num. 18. Surd. decisi. 18. num. 11. Flamin. lib. 1. quest. 13. num. 46. Guttier. pract. lib. 3. quest. 43. num. 38. Rebuff. de privileg. schol. primit. 7. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 5. num. 28. Daniel. Venator. in analysis methodica iuris Pontif. l. 1. it. 6. axiom. 4. Cald. Pereira in responso pro D. Rodericu da Sylva, vers. ad hanc. Vnde si scholasticus intrasset se alibi non sumpturum lanream, adhuc ob nonum examen poterit alibi Doctoris insignia sumere, Menoch. de arb. casu 371. n. 17. Et iuramentum Scholaris de non se doctorando alibi, quam Bononia, intelligitur rebus sic stantibus, Mascard. de probat. conclus. 1. 1416. n. 26.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium suo qui renuntiavit, illud repetrere non potest.
- 2 Votum emissum ab egroto, vel ab existente in discrimine vita non est ex eo invalidum.
- 3 Beneficium quis primitur per renuntiationem.
- 4 Beneficij titulus, & possessio ac omne ius in eo competens vacat per renuntiationem à Superiori amissum.
- 5 Beneficium resignatum resignans amplius repetrere non potest.

C A P. Ex transmissa. III.

Beneficio suo qui renuntiantur, vel iuri saltem tacite, repetrendo quae Ecclesia contulerat, non potest.

potest illud repetere, possunt tamen illum Canonici recipere, non tanquam vnum de Ecclesia, sed tanquam de nono. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar, Collect. Holt. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anchar. Butr. Henric. Viniian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 245. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 84. remissione Ximen. in concord. part. 1. referuntur ab Anton. August. collect. 1. Decretal lib. 1. tit. 5. cap. 4.

² *Dum in infirmitate laboraret.*] Notatur ad hoc quod votum emissum ab ægroti, vel ab exilente in bellis, naufragijs, alteriusve periculi discriminare non est ex eo inuidum, quod timore periculi si factum, ut per Conar. de sponsal. p. 2 c. 3. §. 4. n. 16.

³ *Verum quoniam, &c.*] Notatur ad hoc quod per renuntiationem quis priuaturo beneficio, vt per Flamin. de resignat. lib. 1. q. 5. à princ. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. træt. 3. num. 336. & per eam omne ius in beneficio competens, proprietas, titulus, & possessio vacat, Flamin. d. quæst. 5. à num. 1. Hieron. Gabr. conf. 192. lib. 1. Nicol. Gate. de benef. p. 1. c. 3. à princ. Viniian. in praxi iuris parv. p. 2. lib. 5. c. 6. num. 3. quos refero ego ipse de officio & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 7. 2. num. 9. postquam seculiter per Superiorum fuerit admissa renuntiatio. D. Barbola in l. diuinit. in princ. p. 2. num. 45 ff. solut. marim. Flamin. lib. 2. q. 19. num. 4. Quod adeo verum est vt renuntiatio simplex etiam non iurata obstat renuntianti quando opponitur agenti super petitio, & possessorio simul, Nau. in c. accepta, versi confirmatio decuplex, & opposit. 7. n. 1. infra de restit. spoliat.

⁵ *Non tanquam vnum de Ecclesia.*] Notatur ad hoc quod resignans non potest beneficium resignatum repetere, vt per Flamin. l. 1. q. 13. à princ. nisi resignatio nulla fuerit, aut subreptitia, quia tunc ius a renuntiante non abdicatur, nec acquiritur resignatario. Caput aq. decif. 22. 6. n. 3. p. 1. Flamin. d. lib. 1. q. 5. n. 95. & n. 117. Seraph. decif. 2. 5. n. 1. Rot. decif. 4. 19. & decif. 6. 9. 9. n. 4. p. 1. diu. & decif. 9. 2. n. 5. p. 1. recent. & decif. 4. n. 2. & decif. 4. 2. num. 2. part. 2. recent & in Leodium. Canonicius Sancti Dionysii 15. Maij 1626. coram R. P. D. meo Piroano.

⁶ In gloss. Abbatis. Quædam est Abbaria sacerularis, quædam regularis, de qua vide Abb. hic num. 1. Sclu. de benef. p. 1. q. 2. n. 56. Hujus de incomp. benefic. p. 1. c. 5. n. 2. Rebuff. in praxi rubr. sacerularia beneficia quotuplicia, n. 5. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 1. num. 68. quos refero & sequitur Campan. in diuinito iuris Canon. rubr. 7. cap. 6. num. 62.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiatus sine licentia sui Prælati beneficio renuntiare non potest.
- 2 Resignare beneficium non potest beneficiatus absque sui Prælati licentia.
- 3 Resignatio beneficiorum coram Ordinariis quomodo facienda, remissione.
- 4 Resignatio quando fit coram Ordinario, eius assensus prefandus est unico contextu.
- 5 Permutationem beneficiorum de licentia suorum Prælatorum beneficiari simpliciter facere possunt.
- 6 Clerici inconsulto Episcopo suas Ecclesiæ dimittere non possunt.
- 7 Clerici etiam Sacerdotes, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia, possunt ire quo velint, & tenentur Ordinarii eis dare commendatissimas literas.

Tom. I.

N 2 SVMMI

C A P. Admonet. IV.

Beneficiatus sine sui Prælati licentia beneficium resignare non potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania. Holt. Innoc. Panorm. Butr. Frechila. Viniian. in rationali primi libri iuris Pontifici. pag. 253. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 87. remissione Ximen. in concord. part. 1. referatur ab Anton. August. collect. 1. Decretal lib. 1. tit. 5. cap. 4.

Hanc eandem conclusum ex hoc text. desumunt. Cou. lib. 1. var. c. 5. n. 6. Nau. in c. accepta, infra de restit. spoliat. opposit. 7. num. 23. 26. 27. 33. & 35. Rebuff. in praxi tit. de resignat. expresa, num. 11. & 13. & de pacificis possess. n. 17. alias 249. Menoch. de arbitr. casu 201. num. 47. Cardof. in praxi Iudicium, & Advocat. verbo, renuntiatio 13. Cabed. p. 2. decif. 23. num. 4. & 5. Card. Tusch. lit. R. conclus. 257. Fufc. de visit. lib. 2. cap. 10. num. 19. & cap. 28. num. 11. Flamin. de resignat. lib. 7. q. 14. n. 1. Azot. in ist. moral. p. 2. lib. 9. c. 19. q. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 14. à n. 21. Francisc. Leo in theatro fori Ecclesiast. part. 2. c. 3. num. 66. Vgolin. de potestate Episcopi, c. 50. §. 18. in princ. Nicol. Garc. de benefic. part. 1. c. 3. n. 11. Quomodo autem & ex quibus causis hodie beneficia coram Ordinariis resignari possunt, decidit Constit. 58. Pij V. incip. Qua. ta Ecclesie. Dat. Roma anno Incarnat. Dominicæ 1568. Kalend. Aprilis, quam referunt, & explicant Quaranta in summa Bullarij, verbo, beneficiorum resignationes, Vgolin. d. c. 50. §. 18. num. 3. Flamin. de resignat. lib. 5. q. 6. n. 2. Ego ipse de offic. & potestate Episcopi p. 3. alleg. 69. num. 27. cum multis seq. Formari vero permutationis coram Epiloco facienda ponit Vgolin. d. c. 50. §. 20. n. 3. quem refero ego ipse d. alleg. 69. n. 5.

Affensu tuo.] Adverte huicmodi affensem esse præstandum ab Ordinario vno contextu cum sit resignatio, itavt à tergo literatum præstari non possit. Flamin. lib. 8. q. 9. n. 127. quem refero ego ipse d. alleg. 69. n. 3.

Intrae audient.] Ampliatur supradicta principalis huius text. conclusio ad permutationem, vt scilicet illam suorum beneficiorum, simpliciter tamen & absque pactis & conditionibus beneficiati suorum Prælatorum licentia facere possint, praxis Epiloco part. i. verbo permutationis, §. 3. dub. 1. Fufc. de visit. lib. 2. c. 28. num. 22. Azot. d. c. 19. q. 19. Flores de Mena variar. lib. 2. q. 24. n. 21. Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 4. à n. 62. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 14. num. 57. vbi num. 32. propte eum referit Garc. part. 5. c. 1. num. 54. dicit quod in quolibet mense anni coram Episcopis possunt permutari beneficia.

Aut dimittere inconsulto.] Notatur ad hoc quod clerici inconsulto Episcopo Ecclesiæ suas dimittere non possunt, vt per Menoch. de arbitr. casu 422. n. 5. vbi etiam dicit Alex. III. in prælenti non agere de clericis sacerularibus, qui ad religionem non transeunt, sed de illis qui Ecclesiæ suas sine causa deserunt, quia non solum hoc facere non possunt, sed etiam id faciant pena Iudicii arbitria puniatur. Sacerdotes vero & clerici, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia, possunt ire quo velint, & tenentur Ordinarii illis dare commendatissimas literas. Emman. Sa aphorismis, verbo, alericus, num. 29. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 598. in 1. edid. & ref. 524. in 2. Atmendar. in addit. ad recopil. legum Nauarrae, l. 1. tit. 18. d. 7. de Episcopis, num. 56. Campan. in diuinito iuris Canonici, rubr. 9. cap. 6. num. 4.

S V M M A R I V M .

- 1 Exceptio spontanea abiurationis admittitur contra petentem beneficium etiam causa renuntiationis non adiecta , contra quam actor replicare poterit , quod non sponte renuniauit , & qui melius probauerit , obtinebit.
- 2 Renuntiatio beneficij non presumitur.
- 3 Renuntiatio ut valeat , oportet eam liberalēm esse , licet donec rescindatur mero iure teneat.
- 4 Resignans repetere potest beneficium resignatum , quoque renuntiatio fuisse facta vi , metu , dolore.
- 5 Dilectio , maximē , est implicita.
- 6 Beneficium petenti obstat exceptio spontanea abiurationis.
- 7 Negantia factum per rerum naturam nulla est probatio.
- 8 Negativa propria natura est difficillime probatio.
- 10 Renuntiatio non sponte facta per testes probari potest.
- 11 Testes deponentes aliquem vi , vel metu resignasse beneficium , preferuntur aliis deponentibus illam sponte resignasse.
- 12 Renuntiatio simoniaca est nulla , etiam quoad preiudicium resignantis ipsius simoniace.
- 13 Simon a committitur data pecuria pro resignatione.
- 14 Iuramentum à parte parti delatum extra iudicium parit exceptionem litis finite.

C A P . Super hoc . V . Clem . III .

- 1 Beneficium petenti , super quo fuit canonice institutus , exceptio spontanea abiurationis , etiam non assignando causam renuntiationis , est admittenda , & testes recipiendi circa spontaneam renuntiationem , & index potest inquirere causam renuntiationis , licet non teneatur , quam si inuenierit probabilem , imponat silentium , nisi actor replicet. Item qui negat se spontaneè renuniasse , licet videatur negatiuam afflere , ac proinde non posse illam probare , tamen involuit affirmatiū , ideo illius probaciones admittendae. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bald. Bellam. Hoff. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panor. Butt. Viu. in rationali primi libri iuris Pont. pag. 1. § 3. Alagon. in compend. iuris Cav. pag. 88. remissive Calaf. in ann. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Ang. coll. 2. Decret. lib. 1. tit. 5 c. 3.
- 2 Vi quisquam beneficium , &c.] Notatur ad hoc quod renuntiatio beneficij non presumitur cum sit stricti juris , quia quod forte multis laboribus , & expensis quaestuum est , non presumitur quis renuntiare , vt per Abb. hic n. 12. Ioan. Andr. col. 5. Paris. conf. 10. n. 64. vol. 1. Tiraq. in l. 1. § 1. unquam , in prefat. num. 128. & 129. Mascard. de probat. concl. 55. & concl. 126. 3. n. 4. Flam. de resig. lib. 8. q. fin. n. 59. Surd. decis. 2. n. 16. Fr. Emman. q. Reg. tom. 2. q. 78. art. 14.
- 3 Id est , non vi , ne metu , &c.] Notatur ad hoc quod ut renuntiatio consistat & firma sit , oportet eam liberalēm esse , & spontaneam , non metu factam , aut per dolum , licet donec rescindatur mero iure teneat , vt per Corral. de benef. p. 1. c. 8. n. 10. & 11. Mascard. conclus. 127. 2. n. 11. Flam. lib. 13. q. 1. & 1. Azor. in ist. mor. p. 2. lib. 7. c. 16. q. 1. & 2. Nic. Garc. de benef. p. 1. c. 3. n. 143. cum seq.
- 4 Sanch. de mar. lib. 4. disq. 8. n. 5. Unde resignantem repertere posse beneficium resignatum quoque renuntiatio

fuisse facta vi , metu , dolore , tenet Flam. lib. 1. q. 1. 3. n. 40 cum seqq.

Maxime.] Notatur ad hoc quod dictio , maxime , quam ponderat Abb. in praesenti , est implicita implicans idem esse in casu contrario , licet in illo fortior militet ratio , vel ratio expressa deficeret , vt per Cou. lib. 2. var. c. 7. n. 5. Gutier. can. lib. 1. c. 2. n. 5. Flamin. lib. 1. q. 1. 3. n. 31. & lib. 2. q. 1. n. 31. Cened. canon. & pract. p. sing. 37. n. 3.

Si non interuererit iuramentum.] Notatur ad hoc quod ei , qui beneficium depositum , obstat exceptio spontanea abiurationis , vt per Nau. in c. accepta , infra de rest. spol. vers. confirmatio decuples , n. 1. vers. 2. & opposit. 5. n. 1. vbi etiam asserit in hoc text. agi de re posecenti beneficium quod proprietatem , & in d. c. accepta , de reposcente quod possessionem.

Licet negantia factum per rerum naturam nulla sit probatio.] Vide de hoc brocardio Daniel. Venator. in analysi iur. Pont. l. 1. tit. 9. axiom. 1. Hicron. Fernandez de Ottero in repet. c. fin. de consuetud. n. 3. 1. Est enim negativa propria natura difficillima , & sane impossibilis probationis. Cou. lib. 2. var. c. 6. n. 2. Ans. Gabr. tom. 3. com. opin. tis de probat. concl. 6. Mascard. de probat. concl. 108. 7. Fult. Pacian. cod. tr. lib. 1. c. 38. Donat. à Fina tom. 1. com. opin. lit. 4. tit. 9. n. 20. 28. & Rebuff. in tr. except. n. 160. cum seq. Menoch. de prof. lib. 2. q. 50. n. 8. cum seq. Vincent. Carot. tr. de locat. & condulco. tit. de negativa probanda. p. 3. Car. do. in praxi Iudicium & Aduo. at. verbo , probat. n. 29.

Admittere non postponat.] Id est causam spontaneam abiurationis , & exceptionem , non vero admiscentem ad beneficium sine noua causa , Rebuff. de pacific. poss. n. 152.

Probationes credimus admittendas.] Notatur ad hoc quod resignatio non sponte facta per testes probari potest , quia licet videatur agi de probanda negativa , & sic improbabili , attamen quia habet affirmatinam implicitam , nempe quia coacta facta fuit , testes admittuntur , vt per Mascard. de probat. concl. 1. 2. 7. 2. n. 2. cum seq. Et etiam notari solet ad hoc quod si duo testes deponant aliquem vi , vel metu resignasse beneficium , alii multo plures quod sponte resignavit , preferuntur testes de vi & metu deponentes , vt per Rebuff. de reprob. testium , n. 127.

In gloss. *Pecunia.* Notatur ad hoc quod resignatio simoniaca est nulla , etiam quoad præiudicium ipsius resignantis simoniace , vt per Tiraq. de retractu lig. § 26. gloss. 2. n. 10. Rebuff. de pacific. poss. n. 198. Flam. de resign. lib. 1. 4. q. 1. n. 1.

Notatur ad hoc quod data pecunia pro resignatione committitur simonia , vt per Cou. var. lib. 1. c. 5. sub n. 4. vers. sed si quis , Flam. d. lib. 14. q. 3. n. 4.

In gloss. fin. sib. , in coſuſ. &c.] Notatur ad hoc quod insursum à parte parti delatum extra iudicium parit exceptionem litis finitae , vt per Xuar. in repet. l. post rem iudicata m. 1. 2. n. 5.

S V M M A R I V M .

- 1 Elezioni de se facta qui sponte renuntiavit super ipsa vterius audire non debet.
- 2 Iudicis mandatum , & sententia iusta presumitur.
- 3 Index presumitur iudicasse provit de iure debebat.
- 4 Permutatio in dubio facta ab Episcopo presumitur bene facta , & ex iusta causa.
- 5 Elezioni de se facta sponte renuntiantis amplius non auditur.
- 6 Eleitus ad aliquod beneficium potest simpliciter renuntiare electioni de se facta.

Cap.

C A P. In præsentia. IV.

Electio de se facta quando quis sponte renuntiat, non est amplius audiendus super eadem electione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Innoc. Panorm. Hofst. Bald. Butr. Anch. Henric. Viian. in rationali primo libri iuris Pontif. pag. 244. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 88. remissione Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 1. c. 4.

Et tanta sit judicialis auctoritas.] Notatur ad hoc quod pro indice semper presumptio habetur, ipsiusque mandatum, & sententia iusta presumitur, vt per Dec. in rub. de appellat. n. 7. & 8. & in c. super eo in 2. n. 6. eod. tit. Panorm. in c. quoniam contra, num. 19. infra de probat. Felin. in c. cum causam, n. 1. de offic. aleg. & in c. cum dilectus in 2. n. 1. cum seq. sup de rescript. Duen. reg. 189. Mant. lib. 3. dialogo 50. Hypoll. sing. 354. Maranta de ordine indic. p. 2. & 6. princ. tit. 9. n. 21. Cou. de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 12. vers. sex quibus primo Menoch. de presumpt. lib. 2. prof. 67. & cons. 100. à n. 1. Aym. de antiquitate temporum, p. 2. n. 19. & cons. 202. n. 8. Aldrete de religiosa disciplina tuerda, lib. 2. c. 4. n. 21. quod procedit etiam iusta sententia sit appellatum. Surd. de aliment. tit. 1. q. 120. n. 1. nam iudex presumitur judicasse prout de iure debebat. Surd. decif. 170. n. 4. quicquid dicat Mascard. concl. 1296. Et stante iudice decreto omnia presumuntur iuste & recte gestas, vt fuit dictum in causa Romana fideicommissi 15. Novemb. 1624. coram bonæ memorie Remboldo in vers. non obstat, illud autem non sufficit ad hoc vt presumantur adhibita solemnitates non enuntiatæ. Felin. in cap. quoniam contra sub num. 37. post med. vers. finit. & ibi Dec. n. 174 cum seq. de probat. Paris. cons. 2. n. 57. & seq. lib. 2. Gabr. commun. tit. de sentent. concl. 5. n. 37. Rot. decif. 72. n. 33. & 34. p. 2. divers.

Per quasdam Episcoporum literas.] Notatur ad hoc quod permutatio in dubio facta ab Episcopo presumitur bene facta, & ex iusta causa, vt per Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 4. num. 53. faciunt que Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. à n. 132. quem refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 60. n. 104. in fine.

Silencium duximus imponendum.] Notatur ad hoc quod sponte renuntians electioni de se facta amplius non auditur, vt per Flamin. de resignat. l. 1. q. 13. num. 16. nam electus ad aliquod beneficium potest simpliciter renuntiare electioni de se facta, Rota decif. 8. n. 3. de iure patron. in nonis. Guillel. Mandag. de elec. Pralat. col. 4. in fine, vers. electus, Flamin. lib. 2. q. 23. n. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Renuntians literis beneficialibus non ideo institutioni ian facta renuntiare videtur.
- 2 Renuntiare quis potest literis ad beneficia & iuri ad rem absque Superioris licentia.
- 3 Declaratur text. in presenti.
- 4 Index si promittat impunitatem delinquenti si veritatem confiteatur, an ea patet facta teneatur illum punire, remissione.
- 5 Mancipiorum instrumentis donatis, & traditis mancipia ipsa donata intelliguntur.

C A P. Sanè. VIII. Cœlest. III.

Instrumenta sui iuris qui restituit, licet renuntiet iuri suo, quod sibi ex literis competebat, potest Tim. I.

tamen, qui est deceptus, implorare officium iudicis quando deficit actio, & ideo fuit auditus, qui renuntiavit literis beneficialibus, cum non renuntiaverit factum Legati Sedis Apost. id est, institutioni. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Andr. Imol. Anan. Hofst. Innoc. Panorm. Bald. Butr. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 255. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 88. remissione Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 1. c. 4.

Literas suas vobis reddens.] Notatur ad hoc quod absque Superioris auctoritate renuntiari potest literis ad beneficia, ac iuri ad rem beneficio competenti per electionem, presentationem, &c. Lambertin. de iure patron. lib. 3. q. 5. art. 5. Nam, in cap. si quando, de rescript. except. 6. num. 3. Flamin. de resignat. lib. 7. q. 1. n. 76. Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 3. n. 247.

Ipsum in fratre, & Canonicum admittatis.] Ideo non obstante literarum renuntiatione predictus N. in Canonicum admitti mandatur, quia facta fuit noua collatio per nouas literas, in quibus mandatur Canonicus, quod non obstante renuntiatione ipsum in Canonicum & fratrem recipiant, affixit Rebus. in tract. de pacifico posse. n. 1. 2. vers. nec me mouet.

In gloss. Ductus. Facit ad questionem si iudex promittat delinquenti impunitatem si veritatem confiteatur, an ea patet facta teneatur illum punire, de qua vide Gom. tom. 3. var. c. 11. n. 6. Clar. in pract. q. 5. 1. vers. allegare, Franc. Coriolan. de casibus reserv. p. 1. cas. 5. §. 7. num. 13.

In gloss. Reddens. ibi. Et donatis, & traditis instrumentis mancipiorum mancipia ipsa donata intelliguntur, C. de donat. l. 1. Vide Cou. var. lib. 3. c. 16. num. 12. n. princ. Boer. decif. 181. n. 7. Palat. in repet. rub. §. 76. n. 5. Anton. Gomez. tom. 2. de contralt. cap. fin. n. 23. col. 3. & in l. 45 Tauri n. 21. in fine, & a num. 5. & 6. Menoch. cons. 103. n. 34. & seq. & lib. 3. de presumpt. q. 1. 40. n. 6. Molina de primog. lib. 4. cap. 2. num. 10. Matienz. l. gloss. 6. n. 2. cum seq. tit. 6. lib. 5. noue recopilat. Brunor. à Sole in locis communib. verb. donatio 2. Cald. Pereira de empt. c. 21. n. 24.

S V M M A R I V M.

- 1 Renuntiatio beneficij facta in manibus laici non tenet, renuntiatio tamen est beneficio spoliandus.
- 2 Beneficio quis priuat per renuntiationem spontaneam.
- 3 Renuntiare non potest beneficiatus coram laico etiam Notario Camera, vel habente inspatronatus in beneficio.
- 4 Declaratur text. in presenti.
- 5 Renuntiatio coram laico facta non est nulla ipso iure.

C A P. Quod in dubiis. VIII.

Innoc. III.

Beneficio Ecclesiastico quando quis renuntiat in manibus laici, & a laico iterum accipit illud, renuntiatio fuit nulla, ipse tamen est beneficio priuandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hofst. Innoc. Henric. Boich. Panorm. Bald. Butr. Anch. Mantua. Viian. in rat. primi libri iuris Pontif. pag. 255. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 88. remissione Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 8. c. 1.

Sponte.] Notatur ad hoc quod per resignationem spontaneam quis priuat beneficio, vt per Flamin. de resignat. lib. 1. q. 5. n. 27.

N. 3

15

150 Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

In manum laicam.] Notatur ad hoc quod beneficia
ritas non potest renuntiare coram quocumque laico, vt
per Flamin. l. 7 q. 9 n. 8 etiam si laicus sit Notarius, etiā
Cameræ, vel Caneccliaria, Nam in c. accepta, in r. opposi-
tionis solutione, n. 34. Flamin. d. q. 9 n. 10 & 11. quamvis
habeat inspatronatus in beneficio. Abb. bie. n. 5 & in c.
vlt. n. 3. infra hoc tit. vbi Anton. de Butr. n. 5. Flamin. d.
q. 9 n. 4. vbi n. 12. & 13. id ampliat etiam ad laicum
constitutum in Ducali, vel Regali, aut imperiali digni-
tate, nisi Reges habeant ius conferendi & recipiendi
resignationes ex priuilegio.

Nullam obtineat firmitatem.] Respectu scilicet Super-
rioris, Flamin. d. lib. - q. 1 n. 27. & 33. Vnde colligitur
non esse verum intellectum, quem adducit ad hunc
text. Rebuff. de pacifico, p. 149. afflens resignationem
beneficii in manu laici verbo simul & re factam
valere, factam verò verbis tantum minimè; quia neutra
valeret, scilicet tam illa, quae fit verbis & re, quam illa,
quae fit verbis tantum, si non probatur à Superiori, &
vtraque valet si ab ipso probatur, & ideo hunc Rebuffi
intellectum reficiunt Nam. in c. accepta, de ref. spoliar. op-
pos. 7. n. 3; Flamin. d. q. 1. n. 35.

Sunt beneficiorum solidi.] Ergo huiusmodi renuntia-
tio, non est nulla ipso itre, Ferret. conf. 1. 3. n. 5. vers.
propterea, Flamin. d. q. 1. n. 27. 33. & 36. quicquid dicat
Maiol. de irreg. lib. 1. o. 6. vers. ille.

In glos. In manum, ibi, & ita quoad se tenet pallium, &c.
Reprobatur in hoc à Con. var. lib. 1. c. 5. n. 6. in fine.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa concedit licentiam sedendi Episcopo, qui sine mor-
tis periculo in Ecclesia sua morari non potest.
- 2 Accessus non tatus probatur si in loco, in quo citatus de-
bet comparere, est pestis.
- 3 Archiepiscopus, qui renuntianit civitati Metropolitanæ,
potest Pontificalia exercere in Provincia, & alibi,
permittentibus id Episcopis, non autem pallium de-
ferre ex eorū licentia.
- 4 Episcopus resignare potest propter intemperiem aëris.
- 5 Episcopus potest renuntiare Episcopatu, quando non
valet in diœcesi morari ob inimicitias, quas ibi
habet.
- 6 Paupertas nocet, quae culpa aliquius prouenit.

C A P. Ad supplicationem. IX.

Papa solet concedere Episcopis, vt cedant Ecclesiis
quando adeat periculum mortis, vel aëris intemperie-
ties, vel ob inimicitiam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Hoft. Joan. Andr. Anch.
Inol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Viuian. in ratione, primi
libri iuris Pontif. pag. 255. Alagona in compendio iuris
Canonici pag. 88. remissiu Ximen. in concord. p. 1. re-
fertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 8.
cap. 2.

Mortis sibi periculum imminebat.] Notatur ad hoc
quod probatur accessus non tatus probato quod in lo-
co, in quo citatus debet comparere, est pestis, vt per
Macard. de probat. concil. 20 n. 1. cum seqq.

Cui concessimus ut in ipso Episcopatu absque usu pallii,
&c.] Notatur ad hoc quod Archiepiscopus, qui re-
nuntianit civitati Metropolitanæ ob aliquam cau-
sam, potest Pontificalia exercere in Provincia, &
alibi permittentibus id Episcopis, non autem poten-
tit pallium deferre ex eorum licentia, vt per Maiol.
de irregular. lib. 3. o. 6. num. 8. vers. hinc sit, Flamin.
de resignat. lib. 1. quæst. 17. & num. 20. Marc. Anton.

Genueni. in praxi Archiepisc. Curia Neapol. c. 70. n. 19.
in fine.

In gloss. Morari, ibi, forsitan propter intemperiem aëris. 4
Notatur ad hoc quod licet Episcopo resignare Episco-
patum quando non potest in diœcesi morari ob ini-
micitias, quas ibi habet, vt per Fulc. de visit. l. 2. c. 18.
n. 8. Flamin. d. q. 3. n. 253. Nam inimicitia potentiorum
sive partialitatum, & factiones iustum causam timoris
& absentia præbent, Flamin. ibid. n. 265.

In ead. gloss. ibi, *Vel quia capitale inimicitias.* Nota-
tur ad hoc quod Episcopus potest resignare Episco-
patum quando non potest in diœcesi morari ob ini-
micitias, quas ibi habet, vt per Fulc. de visit. l. 2. c. 18.
n. 8. Flamin. d. q. 3. n. 253. Nam inimicitia potentiorum
sive partialitatum, & factiones iustum causam timoris
& absentia præbent, Flamin. ibid. n. 265.

In gloss. *Ad sustentationem.* Notatur ad hoc quod 6
indignum est ei subueniri, qui sua culpa, aut vitio in
egeitatem incidit, vt per Tiraq. in l. si vnguam, verb
bona, num. 1. paupertas enim nocet, quae culpa aliquius
prouenit, Cou. pract. c. 6. n. 3. vers. sed si quis, & lib. 2. var.
c. 16. n. 9. M. noch. de arbit. casu 96. 10. Mexi. in tract.
taffe panis, concil. 1. 10. cum seqq. Azuedo. l. 7. num. 4. tit. 1.
lib. 1. noua recop. Matienz. l. 15. gloss. 1. num. 2. sit. 10. & l. 6.
gloss. 3. n. 2. ad med. tit. 7. lib. 5. noua recop. D. Barbosa in
l. maritum, num. 73 ff. soluto matrim. Cened. ad Decretal.
collect. 2. n. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi quibus ex causis possunt petere, & Papa con-
suevit concedere cedendi licentiam.
- 2 Humilitas vera in Episcopo ostendenda est.
- 3 Episcopus proper conscientiam criminis potest, & cogi-
tur renuntiare Episcopatu, quando sollicet commit-
tit crimen, quod post peractam paenitentiam impedit
Ordinis exequutionem, & n. 4.
- 5 Peccare penitus in nullis potius dimittatis est, quam
humilitatis.
- 6 Votum de nunquam peccando non valeret.
- 7 Episcopus proper infirmitatem, quando renuntiare
potest, ostenditur.
- 8 Infirmitas quomodo, & quibus testibus sit probanda,
remissione.
- 9 Senectus qualis dicatur, quae Episcopum impotentem
redit ad exequendum officium Pastorale, arbitrio
Summi Pont. vel iudicis relinquitur.
- 10 Scientia defectua est insta causa cedendi Episco-
pati.
- 11 Scientia inflata, non quidem suo, sed hominum virtu.
- 12 Scientia imperfictum potest supplerre perfectio chari-
tatis.
- 13 Episcopatu potest renuntiare propter malitiam plebis.
- 14 Scandali ratione potest Episcopuss renuntiare Episco-
pati.
- 15 Episcopus potest petere cessionem Episcopatus propter
irregularitatem personæ.
- 16 Causa vilis, & honesta qua sit ad renuntiandum Epi-
scopatu, rem sine.
- 17 Episcopo non licet resignare Episcopatum ratione otii, &
quietis.
- 18 Episcopatum resignare Episcopo non licet ob labores, qui
necessario sustinentur in cura pastorali.
- 19 Episcopo non licet resignare Episcopatum ratione inspi-
rationis, vel humilitatis.
- 20 Causa iusta resignandi Episcopatum non est si Episcopus
velut ingredi Religione approbatam causam mutandis
statim, & vitam.
- 23 Dicitio, forsitan, & similes aliquando sunt nota
assertionis, & sunt assertio inuita subiectam ma-
teriam.
- 24 Criminosi, qui non sunt priuati ipso iure, possunt re-
signare

De Renuntiatione, Tit. IX.

151

signare sua beneficia in favorem pendente indicio super criminibus commissis.

- 25 *Peccatum omne, quod ipso iure irrogat infamiam, non impedit exequitionem post peractam pænitentiam.*
- 26 *Intrusus apparetur carentis titulo potest renuntiare beneficio detento propria auctoritate.*
- 27 *Episcopus pro nullo crimen, quantumcunque graui potest renuntiare sine licentia Papa.*
- 28 *Ius summum sapè summa iniuria est.*
- 29 *Marziales qui dicantur, remisne.*
- 30 *Otiositas que malapariat, remisne.*
- 31 *Otium laudandum quod sit, ostenditur.*

C A P. Nisi cùm pridem. X.

Episcopi ob sex causas possunt petere, & Papa consequit edendi licentiam concedere, cauē autem haec sunt, conscientia criminis, debilitas corporis defectus scientia, malitia plebis, graue scandalum, irregularitas personae. Circa primam est notandum non sufficere quamlibet conscientiam criminis, sed illius dumtaxat propter quod etiam per acta penitentiae executio officij impeditur. Nec ad secundam sufficit quæcumque debilitas corporis, sed illa solum, quæ impotentem reddit ad officium pastorale. Defectus vero scientiae, qui pertinet ad tertiam causam, debet esse talis ut neficiat Ecclesiam salubriter regere, aliquin imperfectum scientia potest supplerre perfectum charitatis. Malitia plebis non sufficit quæcumque, sed tantum illa, per quam non solum non obedirent, verum irrenocabiliter cedi non possit, nisi petendo censum. Nec propter quamlibet irregularitatem persona debet edendi licentia dari, vt potest si de legitimo matrimonio non sit natus, quia cum eo, qui lansabiliter suum officium implevit, iniuncta penitentia dispensari debet. Irregularitas vero ob quam contraxit bigamiam, est sufficiens causa petendi licentiam, cum dicat, Apost. *Oportet Episcopum esse virum uxori virum.* Item non sufficiunt ad edendum angustia laboris, vel incuria persecutionis, & qui dicit quod Spiritu Dei agitur ad relinquit. nam Ecclesiam, errat; quia agit contra Spiritum Dei, & sic non agitur a Deo; sicut enim qui dicit se inspirari a Deo ob patrem canam; immo charitas est persistere in Episcopatu, etiam si pauci proficiant. Quare facilius dispensatur cum monacho ut fiat Episcopus, quam cum Episcopo ut fiat monachus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Zabar. Colle. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Henric. Boich. Anan. Bald. Panorm. Anch. Burr. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 257. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 89. remissiu. Casal. in annot. & Ximen. in concord. part. 1. & 2. referunt ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 8. cap. 4.

2. *Quia tunc in te veram humilitatem, &c.]* Vide per me adducta in tract. de officijs potest. Episc. p. 1. tit. 1. gloss. 2. num. 25.

3. *Propter conscientiam enim criminis, &c.]* Notatur ad hoc quod Episcopus propter conscientiam criminis potest, & cogit renuntiare Episcopatu, Abb. hic n. 3. D. Thom. 1. 2. q. 18; art. 4. vers. respondet, Redoan. de simonia, part. 2. c. 1. n. 1. Fusc. de visit. lib. 1. c. 18. n. 2. vers. & de prima, Gig. de residentia Episcoporum, cap. 17. num. 12. Flamin. de resignacionib. lib. 5. quest. 1. num. 8. Tambur. de irre Abbatum tom. 1. disp. 13. q. 1. num. 10.

4. *Propter quod ipsius officij executio post peractam pænitentiam impeditur.]* Potest igitur, & tenetur Episcopus resignare propter conscientiam criminis, eo tantum casu quando commitit crimen, quod post peractam penitentiam impedit Ordinis executionem, gloss. hic verbo, sed dumtaxat, vers. qua ergo, Innocent. num. 2. & 3. Abb. num. 7. Flamin. d. quest. 3. num. 8.

Panci, vel nulli, &c.] In nullis enim penitus peccare potius diuinitatis est quam humanitatis, l. 2. C. de veteri iure enucleando, Bobadil. in sua politica, lib. 5. c. 1. n. 1. 34. Card. Mantica de coniect. ultim. volunt lib. 1. tit. 2. n. 4. & de tacitis & ambiguis conuen. tom. 2. lib. 27. tit. 7. n. fin. Vnde votum de nunquam peccando non valet 6 Fr. Emman. in sum. p. 2. c. 9. concil. 5. Azor. inst. mor. p. 1. lib. 11. c. 14. q. 4. Soar. in clavis Regia, lib. 6. c. 2. n. 9. Soar. de relig. tom. 2. lib. 2. de voto, c. 3. n. 2. & 3. Leff. de infinita, lib. 2. c. 40. dub. 5. n. 33.

Alia vero causa est debilitas corporis, &c.] Notatur ad hoc quod propter debilitatem corporis procedentem per infirmitatem continuam, & senectutem, eam tamen, quæ impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, potest & tenetur Episcopus resignare, vt per Gig. d. cap. 17. num. 12. Fusc. d. cap. 28. n. 3. Flamin. d. quest. 3. à num. 1. cum multis sequentib. & faciunt per me adducta de officio & potestate Episcopi, part. 3. al. egr. 79. num. 35. cum seqq. Tambur. d. q. 1. num. 12.

Infirmitas quomodo, & quibus testibus sit probanda, dicit Maſcard. de probat. corcl. 896. Flam. d. q. 3. à n. 14. vbi refert plenè probari ex aspectu, vel per medicos, ac per iuramentum ipsius, & per familiares, ac testes domesticos.

Senectus vero quæ dicatur, quæ Episcopum impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, arbitrio Summi Pont. vel iudicis remittitur, vt per Menochi de arbitr. casu 53. num. 1. Maſcard. de probat. corcl. 1295. n. 8. Flamin. d. q. 3. n. 56. & 9. 6. n. 5. cum seqq. Marc. Ant. Genuenf. in praxi Archiepisc. Neapol. c. 53. n. 1. Rendina in promptuario recept. sent. in fine, tom. 1. in miscel. n. 4. Tambur. d. dispe. 13. q. 1. n. 11. in fine.

Pro defectu quoque scientia, &c.] Notatur ad hoc quod defectus scientia est iusta causa edendi Episcopatu, vt per Gig. d. c. 17. n. 13. Fusc. d. o. 1. 8 n. 4. vers. ex defectu. Tambur. d. q. 1. n. 13. Flam. d. q. 3. à n. 67. vbi n. 8. ampliat vt propter defectum scientia non solum sit concedenda licentia Episcopo petenti & volenti renuntiare, sed etiam si non petat poterit compelli vt renuntiet, & n. 8. 4. interpretatur verbum, potest, de quo in praesenti, id est, debet. Quæ illiteraturam præbeat cauſam vt Episcopus possit cogi renuntiare, colliges ex his, quæ supra adduxi ad c. cum in cunctis, n. 20. dicitur.

Scientia i. flat.] Non quidem suo, sed hominum viatio, qui bonis sapè rebus ad perniciem abutuntur, nam, vt inquit S. Greg. in mor. vera scientia afficit, non extollit, scientia enim sine charitate inflat, charitate vero formata ædificat.

Et ideo imperfectum scientia potest supplerre perfectio charitatis.] Notatur ad hoc quod tam ardens in homine charitas esse potest, vt scienti & defectum supplerre valeat, vt de Macedonio, & Antonio Anachoreta cuiusvis disciplina expertis ob eorum incredibilem charitatem Sacerdotio dignis referunt Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 1. in addit. litera A. in fine, vers. aliquando, Maioli de irregul. lib. 1. cap. 32. num 4. cum seqq. Flamin. de resign. lib. 5. q. 3. num. 1. 12. cum seqq. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 4. n. 37. Vnde argumento huius text. teneant, Felin. in cap. super his num. 16. de excusat. Caffan.

152 Colle^tanea Doct. in lib.I. Decretal.

in catal. gloria mundi p. 1. confid. 50. ad fin. quod licet electio nec actio, nec passio cadat in laicum in spiritualibus, cap. Massana de elec. si tamen laicus fuerit vita sancta is, & legalitatis maxima potest eligi in Episcopum.

13 *Propter malitiam autem plebis, &c.] Notatur ad hoc quod propter malitiam plebis, cuius causa non potest Prelatus plebi & gregi sibi subiectis doctrinam dare, illi conceditur Episcopatus resignatio, vt per Innoc. hic num. 4. Hoft. num. 20. & 21. & Abb. num. 10. Gig. d. cap. 17. n. 18. Rebuff. in praxi benefic. ita de resign. ex. ressa. num. 10. Fusc. d. c. 28. n. 5. Flamin. d. q. 3. a. n. 126. faciunt que Carranza in tract. de residentia Episcoporum, c. 11. vers. secundo, quem refero ego ipse d. p. 3 alleg. 53. num. 8.*

14 *Pro gravi quoque scando, &c.] Notatur ad hoc quod ratione scandali Episcopus potest & teneat Episcopatu renuntiare, vt per D. Thom. 2.2. q. 18. 5. art. 4. vers. responde, Rom. sing. 794. incip. An Episcopus, Marsil. sing. 634. num. 2. Cou. in reg. peccatum, part. 1. sub num. 5. Tamburin. d. q. 1. num. 14. Ricciu. in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, lib. 9. cap. 1. num. 8. Franc. Marc. decif. 944. n. 1. part. 1. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 25. num. 19. vbi ampliat etiam ipse non sit in culpa illis scandali, Gig. d. cap. 17. numero 39. Fusc. d. cap. 28. num. 6. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 2. num. 4. & cap. 13. n. 7. Flamin. d. q. 3. a. num. 153. vbi num. 276. declarat ut quoties cogitare Episcopus renuntiare ob scandalum, ei sit danda compensa, aut contra cambium reddituum, vt possit vivere, & non habeat mendicare.*

15 *Persona vero irregularitas, &c.] Notatur ad hoc quod propter irregularitatem personae Episcopus potest petere cessionem, Gig. d. c. 17. num. 20. Fusc. d. c. 28. n. 7. Flamin. d. q. 3. a. n. 177. vbi n. 179. assertur quod stante huiusmodi irregularitate Episcopus cogi potest renuntiare Episcopatu.*

16 *Verum si propter alias, &c.] Intelligitur de causis non iustis, non honestis, sed indiscretis, vt deducitur, ex fine huius text. in vers. quia vero in postulando, &c. vbi excipitur causa iusta, & honesta, Flamin. dict. q. 3. n. 205. & a. n. 208. querit quae sit hæc causa utilis, & honesta.*

17 *Quod otiositas, &c.] Notatur ad hoc quod ratione otij, & quietis non licet Episcopo resignare Episcopatum, vt per Nau. cons. 4. alias 2. an mons. sub hoc tit. Sayr. in floribus decisionum sub eod. sic. dec. 5. Flamin. d. q. 3. n. 211. cum seqq.*

18 *Propter laboris angustias, &c.] Notatur ad hoc quod non licet Episcopo resignare Episcopatum ob labores, qui necessarii sustinentur in cura pastorali, vt per Flamin. d. q. 3. a. n. 216. vbi n. 224. hoc limitat quoties per multis annos sustinuerit landabiliter illos labores annexos curæ Episcopali.*

19 *Sed dices, &c.] Notatur ad hoc quod non licet Episcopo resignare Episcopatum ratione inspiratio- nis, vel humilitatis, vt per Flamin. d. quast. 5. a. num. 227.*

20 *Si in huiusmodi cessione frugem melioris vita, &c.] Notatur ad hoc quod non est ista causa resignandi Episcopatum, si Episcopus velit ingredi Religionem appobatam causam mutandi statum, & vitam, text. similis in cap. suggestum 7. q. 1. & in cap. suscitatus 7. q. 5. Maiol. de regul. lib. 3. c. 3. num. 31. in fine; Flamin. de q. 3. n. 233. cum seqq. Azor. inst. moral. part. 1. lib. 11. c. 16. q. 2. vers. quares, Marc. Anton. Gennens. in praxi Archiepiscop. Neapolit. cap. 31. numero 11. ego ipse d. parte. 3. allegat. 53. a. numero 22. Menoch. de arbitrar. causa 423.*

Nec potes quid ideo Martha, &c.] De hac auctorita- te latè Azor. d. lib. 1. c. 4. q. 9. 6.

In gloss. ille. Vide per me adducta de offic. & potest. 22 Episc. p. . tit. 2. gloss. 2. n. 25.

In gloss. Forstan. ibi, si tu forsan non videris ponit du- bitative, sed affirmativa. Nam haec dictio, & similes aliquando sunt nota assertio, & stant assertio, se- cundum subiectam materiam, Rebuff. in comment. ad l. offensum 38. vers. forte, ff. de verbor. signif. pag. mibi 208. & in concord. titul. forma mandati Ap. apostol. pag. 715. Card. Tusch. tom. 1. lit. D. concil. 281. num. 6. Fatinac. Rota decisi. 35. num. 3. in 1. collect. nouiss. alias part. 4. diuersi.

In gloss. Sed dumtaxat. Notatur ad hoc quod cri- minoli, qui non sunt priuati ipso iure, sed venient priuandi, possunt resignare sua beneficia in fauorem pendente iudicio super criminibus commissis, vide Lancel. de avert. p. 2. c. 5. numero 6. Petr. Gregor. de benef. c. 26 numero 15. & c. 33. Flamin. de resignat. lib. 3. q. 16. Guttier. canon. lib. 2. c. 5. numero 29. Ceuall. communum contra communes, q. 147. num. 7. Prosp. de Augustino in addit. ad Quarantanam in simma Bullarij, verbo, beneficiorum resignatio, vers. quinta causa, Flores de Mena variar. lib. 2. q. 13. num. 8. & 9. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 7. c. 19. q. 5. vers. quinta, & c. 20. q. 8. Molina de iustitia tract. 3. disp. 7. 8. n. 2. Card. Tusch. tom. 6. lit. R. concl. 166. & concl. 160. Gonadal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. n. 147. post Rebuff. Hier. Gab. Corraf. Mandof. Cou. Plac. & alios, Nicol. Garc. de benef. part. 11. c. 3. a. n. 62.

In ead. gloss. ibi, item sec. Ioan. omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam. Notatur ad hoc quod omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam, impedit executionem Ordinis, etiam post peractam penitentiam, cuis contrarium verius esse tenent Lambertin. de iurepatronat. 1. part. 2. lib. quast. 9. art. 18. num. 5. Nicol. Garcia de benef. part. 7. cap. 8. num. 67.

In ead. gloss. ibi, quod intrusus omnino debet cedere. Notatur ad hoc quod intrusus potest renuntiare be- neficio detento propria auctoritate, quando est intrusus existenter, & apparterit carcens titulo, vt per Nic. Garc. d. 11. o. 3. n. 20.

In ead. gloss. ibi, pro nullo crimine potest Episcopus renuntiare sine licentia Papa quantumcumque gravi. Vide Flamin. lib. 7. q. 2. num. 3. vbi num. 7. ampliat etiam Episcopus criminibus fit constitutus in mortis articulo, nam nihilominus non potest resignare Episcopatum sine licentia Papæ contra Abb. & hanc glossam.

In gloss. Vixiter. ibi, quandoque dormire debet sene- ritas discipline. Ius enim summum sacerdotum summa ini- stitia est, vt inquit Terent. Heanton. action. 2. scena. 5. Et qui nescit dissimilare, nescit imperare, solebat dicere Fideric. III. & faciunt per me adducta de officio, & potestate Episcopi, part. 1. tit. 2. gloss. 1. 2. num. 6.

In gloss. Manzarræ. Qui dicuntur, & in quibus differant naturales, nothi, spurij, & manzares, vide Cou. de sponsal. part. 2. c. 8. §. 4. num. 1. & §... n. 2. Surd. de alimento ius. q. 4. n. 9.

In gloss. Orioſitas. Multa ex otiositate multa pro- uenientia commemorant Titelman. ad cap. 5. Eccl- siastes, fol. 131. Hector. Pinto Lufitan. in suis dialogis, part. 1. in dialogo iustitia, cap. 1. fol. mibi 79. Caffan. in catalogo glorie mundi, part. 1. 1. in princ. confid. 1. & 29. Viana ad Ovid. Metamorphos. fol. 154. Rebuff. in auth. habita, verbo diligenti C. ne filius pro pare par. 574. Perez ad l. 1. tit. 14. lib. 8. Ordin. pag. 272. Azeued. ad l. num. 1. tit. 11. lib. 8. noua recop. Flamin. d. q. 3. n. 21.

De Renuntiatione, Tit. IX.

153

n. 21. t. cum seqq. Datnr tamen aliud otium landandum, quod est literatorum, ac contemplantium veritatem, de quo Cato dicebat. *Viro quemadmodum negotii, sic & otio rationem extare oportere.* Hoc idem Seneca in epistol. amplectendum fudat honesto ac prudenti viro, quo ex actionum tumultu tanquam in portum se tandem recipiat vbi se p[ri]mū, deinde humana pariter ac divina dignoscatur, de quo otio laudabili multa tradunt. *Luc. Peña in l. 1. col. 2. C. de excusat. arrif. lib. 10. Ioan. de Montheil. in suo prompt. iuris, verbo Otium. Cassan. p. 12. confid. 49 & sic otium hoc sensu accipitur pro labore qui dicitur pater gloriae, & famis oblationum.* Cassan. p. vlt. confid. 48. Paris. Flamin. de resignat. lib. 5. q. 3. n. 2. 18. & ferocienter carnis domat Steph. Costa de ludo 2 art. princ. num. 36. vol. 4. Doct. & labore alios superans alias prop[ri]etati debet. Signorol. de Homedæ. in quest. virum preferendus sit Doctor an miles n. 21. vol. 12. tract. qui labor non debet esse sine remuneratione & fructu, cap. fin. & ibi gloss. verb. laborem 7. q. 1. Gonadal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. n. 17. sed hoc verum in alia vita, in hac autem aliqui absque remuneracione infelicitate vivunt.

S V M M A R I V M .

- 1 Episcopus, qui propter crimen renuntiavit Episcopatu[m], & ad religionem transiit, ad Episcopatum reassumi non potest, secus si renuntiavit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientia, simoniam ipso ignorantie commissam, vel aliam similem causam.
- 2 Episcopatu[m] depositiu[m], & in monasterio detrusus ad paenitentiam peragendam non potest iterum ad Episcopatum reuocari.
- 3 Causa impulsu[m] cessante non cessat effectus.

C A P. Post translationem. XI.

Episcopus si fiat Monachus, non potest amplius in Episcopum eligi, nisi in his casibus, nemp[er] quando cessit propter magnam persecutionem, secundo propter inualitudinem corporis, cum anchoritate tam[en] Papæ, tertio si cessit propter ignorantiam, sed in monasterio deinde didicit, tunc enim potest iterum reassumi; quartu[m] si propter simoniam parentum, ipso incio, sive Episcopus, mox Regularis potest reassumi ad alium Episcopatum. Concilium autem Constantiopolitanum, vnum ex quatuor principalibus, dum decernit Episcopum monachum factum non posse reassumi ad Episcopatum, intelligitur quando Episcopus propter aliquod crimen ad vitam monasticam descendit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Boich. Innoc. Imol. Anan. Panor. Hofst. Bald. Butr. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 162. Alagon. in compend. iuris Canonici, pag. 90. referunt ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 1.

2 Collige ex text. quod si quis ex Episcopali statu ad Monachatum transferit propter delictum, vt quia fuit Episcopatu[m] depositus, & in monasterio detrusus ad paenitentiam peragendam, non potest iterum ad Episcopatum reuocari, concordat text. in cap. hoc nequaquam 7. q. 1. & in c. temporis, § idem, ead causa, & q. Maiol. de irregul. lib. 3. c. 6. n. 4. Flamin. de resign. lib. 5. q. 3. num. 242.

3 Licet causa impulsu[m] cesset.] Notatur ad hoc quod cessante causa impulsu[m], non cessat effectus, vt per Tiraq. in tract. cessante causa limit. 1. num. 2. Hyppol. in l. si quis iudicium, num. 1. & 3. ff. de quest. incipitum de Axiom. iuris usfr. Axiom. 4. n. 6. Et quod defectus cause

impulsu[m] minime obstat quin actus ipse validus omnino censeatur, resolut C. lib. 1. var. c. 20. num. 1. vers. contraria.

S V M M A R I V M .

- 1 Cedendi licentiam petentes, ea obtenta compellendi sunt, ad cedendum, & n. 2.
- 2 Consensum non praestare, & praestare sine solemnitate requirita, paria sunt.

C A P. Quidam. XII.

Qui petit licentiam cedendi, ex quo illa obtinuit, cedere compellitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hofst. Innoc. Panor. Bald. Butr. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 163. Alagona in compend. Iuris Canon. pag. 90. remissiu[m] Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Ant. Aug. collect. 4. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 1.

Hanc eandem concludit ex hoc text. defumunt Cassad. decif. 1. num. 3. & decif. 2. num. 7. de renunt. Mandof. in reg. Cancellaria de infirmis resignantibus quest. 9. num. 4. Maiol. de irregulari. lib. 3. cap. 6. Fufc. de visit. lib. 2. cap. 28. n. 1. Valer. Reginald. in praxi fori paenitent. lib. 30. tract. 3. num. 328. vers. aduersarie, Flamin. de resign. lib. 3. q. 18. num. 48. cum seqq. vbi num. 59. alterit procedere neandum in simplici beneficiato, sed in habente dignitatem Ecclesiasticam, etiam Episcopalem, & num. 61. ampliat sine fuerit petita & habita licentia a Papas, sine etiam ca[usa] alii inferioribus Ordinariis, & num. 63. sine fuerit haec licentia petita & obtenta per se, sine per alios, de mandato tamen & ad instantiam benefi- ciatorum; hodie in beneficiis inferioribus, & in dignitatibus, que expediuntur extra confitorium, de- cisiō huius text. non procedit, licita est enim paeniten- tia post petitam & obtentam licentiam renuntiandi, quandoquidem licitum est paenitere donec consensus fuerit extensus in Camera, vel Cancellaria, Flamin. d. 9. 18. n. 67. nam recepta praxis, & stylus Curiae Romanae est quod soleat praefati consensus in Camera, vel Cancellaria, Mohed. decif. 5. n. 1. sub hoc tit. Put. decif. 111. n. 3. Flamin. lib. 7. q. 8. & si alibi quis consentiat nulliter consentit, quia paria sunt non praestare consen- sum, & praestare sine solemnitate requirita. Put. decif. 360. num. 6. lib. 1. quem refert Ioan. à Cochier. in reg. 44. Cancellaria, n. 41. In Episcopis tamen etiam ho- die procedit dispositio huius text. qui si petierint & obtinerint licentiam, possunt postea cogi resig[n]ares. Flamin. d. q. 18. à n. 68.

S V M M A R I V M .

- 1 Iuri suo non renuntiat, qui gratia aduersarij se submittit.
- 2 Dubia res fit per negationem.
- 3 Renuntiatio est stricti iuris.
- 4 Voluntati alicuius quando quis submittitur intelligitur, secundum arbitrium boni viri.

C A P. Veniens. XIII.

Honor. III.

Iteras Apost. habens, v.g. contra Capitulum, si committat se gratia Capituli, vel aduersarij, non dicitur renuntiale iuri suo sibi competenti ex lite-

tis,

154 Collectanea Doct. in lib.I. Decretal.

ris, fecus si renuntiaser literis impetratis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Bellam. Collect. Ioan. Andr. Innoc. Anch. Imol. Anan. Henric. Boich. Bald. Panor. Butr. Viuian. *in ratione primi libri iuris Pontif. pag. 263.* Alagona *in compend. iuris Canonici*, pag. 90. remissiu Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2. *Hoc negante.*] Notatur ad hoc quod per negationem fit res dubia, vt per Felin. *in c. super eo, à n. 2. de testibus cogendis.* Surd. *conf. 4.n. 28.* Guttier. *pract. lib. 3.q. 9.n. 10.* cum aliis per me citatis *Axiom. 18.n. 1.*

3. *Ad hoc probandum, &c.*] Notatur ad hoc quod renuntiatio est stricti iuris, ita vt nec ex actu quidem proximo presumatur, vt per DD. quos citauit *suprà ad c. super hoc, n. 2. hoc tit.*

4. *Aduersari se gratia commisisset, &c.*] Notatur ad hoc quod si quis se submittat misericordia, sive gratia, sive voluntati alicuius, tamen recurrit ad arbitrium boni viri, vt per Bouer. *ing. 6. n. 11.* Vide quae circa clausulam ad libitum sue voluntatis, dixi *in mess. Remiss. de dictioribus, & clausulis, clausul. 4.*

S V M M A R I V M.

1. *Prelatus si ab obedientia subditos absoluunt, non propter hoc Prelature renuntiat.*

2. *Declaratur text. in presenti.*

3. *Renuntiant per Procuratorem potest renuncare eam renuntiationem quandiu res est integra.*

C A P. Lectæ. X I V.

1. *Prelatus qui eximit subditos à sui obedientia non propter ea intelligitur renuntiare Prelaturæ, nisi illam verè resignauerit.* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Holt. Anch. Bellam. Io. Andr. Innoc. Imol. Anan. Henric. Boich. Bald. Panorm. Felin. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 263.* Alagona *in compend. iuris Canon.* pag. 91. remissiu Ximen. *in concord. p. 1.*

2. *Humiliter est confessus.*] Nat. *in c. Sacerdos, n. 128. de pœnit. disp. 6. vers. ad caput,* tenet hunc text. non loqui de peccati confessione, sed de renuntiationis cuiusdam manifestatione, quia nullum hic est verbum quod significat Abbatem, de quo hic text. agit, confessum fuisse sacramentaliter Archiepiscopo, sed solum confessum fuisse humiliter, secrete, & reuerenter.

3. *Suo resignasse regimini non videmus.*] Notatur ad hoc quod per procuratorem renuntiant potest renuncare eam renuntiationem quandiu res est integra, id est, quandiu non accesserit approbatio Superioris, quantumcumque ipse renuntiant multa interea faciat, que facere solet is, qui plenè renuntiavit, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. n. 28.*

S V M M A R I V M.

1. *Abbas exemptus sine licentia Pape renuntiare non potest.*

2. *Prelatus exemptus non potest renuntiare sua Prelatura sine Pape licentia.*

3. *Resignatio quando non tenuit, tunc sine noua collatione ad suum beneficium cedens reddit.*

4. *Abbatia potest renuntiari.*

C A P. Dilecti. XV. & fin.

Greg. IX.

A Bbas exemptus, id est, immediatè pertinens ad Romanum Pont. non potest renuntiare sine licentia Papæ, & si renuntiaverit, etiam sequita resignatione sum nullæ. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Holt. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Henric. Boich. Viu. *in ratione primi libri iuris Pontif. pag. 264.* Alagona *in compend. iuris Canon.* pag. 91. remissiu Ximen. *in concord. p. 2.*

Sine licentia nostra.] Notatur ad hoc quod Prælatus exemptus non potest renuntiare sua prælatura sine Papæ facultate, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 33.* & faciunt quæ tradunt citati per Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 13.q. 1. n. 7.* Alij autem Prælati, Abbates scilicet, Priores & similes non exempti, renuntiare possunt in manibus Generalis, vel defensoris, aut alterius, qui habet potestatem instituendi, & destituendi simul inuitum iustis de causis, secundum gloss. verbo in manibus in Clem. 1. hoc ist. Flamin. Paris. *de resignat. lib. 7.q. 15.* in fine Erasm. à Cochier. *de iuris Ordin. in exemplis p. 4.q. 67.* in fine, Rot. decif. 529.n. 7.p. 4. dñserf.

Loco suo refutu facias.] Notatur ad hoc quod quando resignatio non temnit, tunc sine noua collatione ad suum beneficium cedens reddit, vt per Rebuff. *de pacif. possess. 1. 54.* Resignatione enim nulla, invalida, aut subreptitia existente à resignante non abdicatur ius, ac proinde si non acquiritur resignatario Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 1.q. 3. ex n. 95.* & n. 117. Caputaq. decif. 216.n. 1. Seraph. decif. 25.n. 1. Rot. decif. 419. & decif. 699.n. 4.p. 1. dñserf. & decif. 92. n. 5. p. 1. recent. & decif. 4.n. 2. & decif. 423.n. 2.p. 2. recent. & in Leodium. Canonica-tus Sancti Dionisi 25. Maij 1626. coram R.P. D. meo Pirouano.

Recipias cessionem ipsius.] Ergo Abbatæ potest renuntiari, Flamin. *de resignat. lib. 2.q. 1.n. 63.* Tambur. *d. q. 1. n. 2.* in fine, quod autem quædam dicatur Abbatia sæcularis, quædam Regularis, ostendit Campan. *in dñserf. iuris Canonici, rubr. 7.c. 6.n. 92.*

De Supplenda negligentia Prelatorum.

T I T. X.

S V M M A R I V M.

1. *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*

2. *Negligentia alia est materialis tamum, alia formalis.*

3. *Negligentia materialis illa est per quam quis ius suum curius liberam administrationem habet, omittit.*

4. *Negligentia formalis vel est propria, vel impropria.*

5. *Negligentia formalis & propria est illa, qua supponit in negligentie intellectum sollicitum ad imperandum voluntati.*

6. *Negligentia oportunit prudenter.*

7. *Negligentia dicitur quasi nec eligens.*

8. *Negligentia definitur ut sit rationis cunctatio, seu tarditas in efficaciter operando.*

9. Neglige-

De Supplenda negl. Prælat. Tit X. 155

- 9 Negligentia Prelatorum an & quando suppleri possit à superioribus per viam recursus, seu appellacionis, remissione.
 10 Prælati qui dicantur, & eorum appellatione qui veniant, remissione.

V P E R hanc rubr. scripferunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Bald. Anchæ. Butr. Petr. Alphonſ. de Vasconcellos in harmonia rubricarum, Petr. de Rauenna in comp. iur. Canon. Ioan. de Londris in breviario sanctorum Canonum, fol. 264. Mart. Melnartius in epitome Decret. fol. 16. Guillelm. Durand. Specul. in breviario auctio iuris Canon. & in speculo iuris lib. 4. sub hoc titul. Dan. Venator. in analysis methodica iuris Pontif. à pag. 47. Goffred. & Hoff. in summa bnius tit. Alex. Caffan. & Anaf. Germon. in expositi. titulorum iur. Canon. Zypæ in analyticæ postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 42. omnes sub hoc tit. nouissimè Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decret. sub eod. & Andreas Vallenfis in suis comment. sup. Decretal.

2 Negligentia alia est materialis tantum, alia formalis; negligentia materialis tantum illa est, per quam quis ins sumum, cuius liberam administrationem habet, omittit, quin aliquam culpam in huiusmodi omissione committat, iuxta terminos text. in c. si autem, & in c. plerumque, de re script. & in cap. si clericus, de præb. lib. 6. iuncta reg. text. in l. in re mandata, C. mandari, Ludovic. Gom. in reg. de triennali q. 28. in epilogo casuum in quibus negligentia non nocet, casu 17. Et hæc non est iniusta & culpabilis, immo aliquando perfectionis & meriti opus erit, veluti si quis non ad modum utilis, & commodus Reipubl. nec putans se esse in peccato mort. ex quo timeat in eternum damnari, si tunc occidereur ins propria defensionis sibi alioquin naturaliter competens omitendo negligit ob charitatem proximi inuasoris, & ad conservandum eius salutem spiritualem, vel temporalem, iuxta illud Ioan. 1. maiorem charitatem, &c. prout ex hoc & aliis fundamentis post D. Thom. Sot. & Sylvest. resoluunt Leſſi. de inst. lib. 2. cap. 9. numero 55 & 56. Cou. de sponsal. part. 2. cap. 8 §. 12. num. 17. sic amplius text. in c. non est nostrum 2. quæst. 5. & merito reprehendens sententiam Paulini in l. 8. insgentiſ ff. de inst. & iure, absque bono fundamento existimantis peccare mort. quemlibet qui absque alia iusta causa mortem patitur dum potest se ipsum defendere occidendo aggressorem; de qua negligentia materialis tantum non tractatur in hac rub. cum in ea agatur solùm de negligentia iniusta & ita culpabili, vt constat ex text. in c. quia diuerſitatem, de concess. præhend.

4 Formalis autem negligentia, vel est propria, vel impropria, prout bene distingunt Silu. & Tabien. in sum. verbo negligentia, Valent. tom. 4. disp. 4. q. 5. punto 2. vers. negligentia, in fine, Leſſi de inst. lib. 1. c. 2. num. 19. Formalis & propria negligentia est illa, quæ supponit in negligentia intellectum sollicitum ad imperandum voluntati quid negligens agere teneatur; illi autem opponitur prudentia, Valent. d. quæst. 5 punto 1. Leſſi. d. num. 19. quæ est facultas quedam intellectus prædicti, qui per actum consilij & iudicij, & per actum imperij discrete sollicitum in quibus casu particuliari statim media ad exequendos formales fines virtutum moralium, vt colligitur ex iis, quæ in hac re tradunt, & late prosequuntur, Valent. d. disp. 4. q. 1. punto 1. cum fogg. Leſſi. d. lib. 1. c. 1. à princ. opponitur, inquam, in eo prudentia negligentia, quia per hanc

dum negligens omitendo diligentiam requisitam in actu intellectus excitantis, & mouentis voluntatem, & vices externas ad executionem tardus est in eligendo efficaciter ea, quæ sunt ordinata ad finem cuiuslibet virtutis moras, plenè deficit ab ea sollicitudine, & discreta imperij celeritate, qua mediante debuit prudentia operari in ordine ad prædictum finem; & hinc est quod Isidor. eym. lib. 10. c. 1. dicit quod negligentis dicitur quasi nec eligens, atque ita resolutus D. Thom. 2. 2. q. 5. art. 2. in corpore, quem sequitur Leſſi. d. n. 19. & Valent. d. q. 5. punto 1. vers. negligentia. De hac negligentia loquitur hac rubr. cui ut locus sit nona requiri ut præcisè, vt omissione actuum Prælatis Ecclesiasticis incumbentibus procedat ab illa intellectus tarditate, sed potius satis erit, vt sui ipsorum extrema execratio iniuste omittatur, & ita interveniat illa alla negligentia, quæ in his terminis impropria, sed propter predictam iniustitiam formalis soler appellari, etiæ oppositum negligentis intellectus voluntati nihilominus renunci sollicitè impetraret. Probatur evidenti ratione, cum enim hæc rubr. ed tendat ut iniusta damnoſe Prælatos Ecclesiasticorum omissions in actibus debitis externe gerendis suppleantur per alios Prælatos; eorum autem actuū externa omissione, eascilect quæ iniusta sit & damnoſa, indiget hoc supplemento, quantumvis illa non procedat a predicta intellectus tarditate, vt palam est, conſequitur non tantum illam propriam sed etiam hanc impropria pertinere ad materiam huius rubri. quamvis illa quæ propria est, non sit præcisè ad eam necessaria.

Definitur autem negligentia ut sit rationis cunctatio seu tarditas efficaciter operando, eo quod est iam bene consultatum, & iudicatum, vt expressit Valent. d. quæst. 5. punto 1. vers. negligentia, & in effectu concedit cum alia, quam tradit Leſſi. d. num. 19. in fine, dum dicit quod negligentia est omissione actuū rationis, qui necessarij sunt, vt opus suo tempore fiat. An & quando negligentia Prælatorum suppleri posse à superioribus, per viam recursus, seu appellacionis, dixi latè de officio, & potest. Episc. pars. 3. allegat. secundum Lugdinen. impref. Prælati verò qui dicantur, & eorum appellatione qui veniant, dixi latè in tract. de appellativa verborum virtusque iuris significat. appell. 2. 15.

S V M M A R I V M.

- 1 c Abbatem si diocesanus requisitus benedicere nolit, ipse monachos suos benedicere poterit.
- 2 Abbates benedicere potest Episcopus.
- 3 Benedicō ab Episcopo Abbatibus imparienda iterari non potest.
- 4 Abbatem benedicere si Episcopus sine causa renuat, potest ipse Abbas non expectata benedictione officium administrare.
- 5 Dicō, donec, & similes sunt limitativa & restrictiva temporis.

C A P. Statuimus. I. Alex. III.

A bbates confirmati (si diocesanus tertio admotus nolit eos benedicere) possunt suos monachos benedicere, & alia sui officij exercere, donec Episcopus non recusat eos benedicere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Anchæ. Bald. Bellam. Hostieni. Ioann. Andr. Innoc. Imolas. Anan. Panormit. Butr. Viulan. in rationali primi libri

156 Colle^{ctanea} Doct. in lib. I. Decretal.

libri iuris Pontifici, pag. 267. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 93. remissiū Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 6. cap. 1.

2. *Vi si Episc. &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus benedicere potest Abbatem, ut per Sbro. de offic. Vsearij Episc. lib. 2. q. 8. n. 1. Azor. in s. mor. p. 1. lib. 12. c. 20. q. 6. Vgolin. de potest. Episc. c. 32. §. 1. Tambur. de iure Abbatis, tom. 1. disp. 1. q. 10. quae benedictio ab Episcopo Abbatibus impatienda iterari non potest, Nau. conf. 2. de Sacram. novi iter. in nouis, Azor. d. p. 1. lib. 13. c. 10. q. 4. Lud. Mirand. in manu. Prelatorum, tom. 2. tract. de sacris monialibus q. 7. art. 7. concil. 1. in fine, Tambur. de iure Abbatarum ton. 1. disp. 11. q. 6. à principe me citato in hoc loco Hieron. Roder. in compend. quæst. Regul. resolut. 1. num. 2.*

4. *Benedicere foris renuerit, &c.] Notatur ad hoc quod si Episcopus tertio requisitus benedicere Abbatem sine causa renuerit, posset ipse Abbas non expectata benedictione officium administrare, Ordines conferre, ac ea omnia, quae sunt sui munera tunc praefestate, & implere, ut per Eralm. à Cochier. in iuris d. Ordinarii in exemplis, part. 4. q. 78. num. 2. Hieron. Roder. de resol. num. 19. Azor. d. part 1. lib. 12. c. 20. q. 6. vbi etiam tenet hoc primum legum non tantum Abbatibus Cisterciensibus, sed etiam omnibus concedi. Quæ quidem benedictio Abbatem, quia sit ab Episcopo, est media mixtiva inter simplicem & ordinariam per manus impositionem Episcopi, quia sit tantum Presbytero, Hoft. in cap. tuam, sub n. 8. & 9. de atate & qualitate, qui quatenus sub n. 7. vers. quinimo, voluit electum in Abbatem, adhuc tamen non benedictum, non debere vocari Abbatem, sed electum, non meruit tam acriter carpi ab Oldrad. conf. 14. n. 3. nam loquitur expressè de electo ante ordinationem, & sic de eo in quem facultas benedicendi ne quidem in potentia cadit.*

5. *Doner.] Haec dictio, & similes sunt limitativa, & restrictiva temporis, habentque naturam suspensuam, Menoch. conf. 151. n. 40. & conf. 166. n. 1. Surd. conf. 186. n. 15. & conf. 319. n. 6. Causal. com. contra com. q. 806. n. 35. plures citauit in tract. de dictio. vñfreg. dict. 93. num. 1.*

6. *Abbatem benedicere non recusent.] Ergo Abbas dicuntur quis ante benedictionem, Felin. in c. meminimus, de accus. n. 1. & 20. Oldr. conf. 14. col. 14. Bertachin. verbo, Abbas s. Brunor. à Sole in locis communib. verbo Abbas n. 2. & me citato in hoc loco. Tambur. de iure Abbatarum ton. 1. disp. 11. q. 5. n. 2. & Hieron. Roder. d. resol. 1. num. 18.*

S V M M A R I V M.

1. *Regulares in suis vñs convertere non possunt Ecclesias, in quibus ins obinent parrocatus, & si intra tempus Lateranen. Concilij quando vacant non presentes Rectores ad eas, superior ordinabit eisdem.*
2. *Presentatio ad beneficia intra quod tempus sit facienda per patronos, remissiæ.*
3. *Patrono elapsi termino prescripto ad presentandum perficit Episcopus ipsi facere rem gratam, & cumque ad presentandum admittere.*

C A P. Sicut nobis. II. Clem. III.

3. *Regulares habentes inspatronatus in Ecclesiis, non possunt illas in propriis vñs convertere, & deputare vicarios, & illas pro libito instituere, &*

deponere, sed debent, nisi Ecclesiæ sint exemptæ, intra tempus semestre à Concil. Later. assignatum præsentare Episcopo personas idoneas pro Ecclesiis vacantiibus. Secus remota appellatione Episcopus prouideat de Rectore idoneo pro illa vice. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anc. Bellam. Io. And. Anan. Hoff. Innoc. Henric. Boich. Panorm. Bald. Butr. post Viu. in ratione primi libri iuris Pontifici, pag. 268. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 93. remissiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 2.

Intra tempus, &c.] Intrâ quod tempus præsentatio ad beneficia si facienda per patronos, dicam commodiis suo loco, interim vide per me tradita de officio, & potestate Episcopi, part. 3. allegation. 72. à num. 126.

Ex iunc licet, &c.] Notatur ad hoc quod elapsi termino prescripto patronis ad presentandum potest Episcopus facere rem gratam ipsi patrono, eumque iterum ad presentandum admittere, Lambertin. de iure patr. lib. 2. p. 2. art. 27. n. 3. q. 1. quem ego refero ipse d. alleg. 72. r. 170. pondero hoc verbum, licet, allegata per me in remissiæ de dictiōibus, & clausulis, dict. 165. num. 1.

S V M M A R I V M.

1. *Negligentiam inferioris in beneficiis conferendis supplet superior si tempus Lateranen. Concilij lapsum sit, & collatio per inferiorem postea facta non valet.*
2. *Beneficia vacanta intra sex menses prouideredebent iij, ad quos prouisio spectat.*
3. *Tempus ex mensum datum ad conferendum est à tempore scientia vacationis numerandum.*
4. *Notitia quando dicatur, remissiæ.*
5. *Deuolutio immediate Papæ subiectis fit immediatè ad Papam.*
6. *Charitas bene ordinata incipit à se ipso.*
7. *Mora purgatio non admittitur cum quid sit ipso iure.*

C A P. Licet. III. Innoc. III.

Prelatus si est negligens in conferendis beneficiis, transacto tempore Concilij Lateran. id est, semestri, quod incipi à die notitia, & non vacationis superior debet illud conferre, & si Prelatus non habuerit superiori, ad Papam collatio est deuoluta. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Hoft. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Boich. Anania. Bald. Panorm. Anch. Butr. Viuian. in ratione primi libri iuris Pontifici, pag. 269. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 93. remissiū Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 6. cap. 1.

Tempore semestri] Notatur ad hoc quod de beneficiis vacantiibus prouideret debent iij, ad quos prouisio spectat, infra sex menses, ut per Rebuff. in praxi, tit. de deuolut. & in repet. c. 2. circa fin. supra. de concess. præb. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 184. n. 1. Nicol. Garc. de benef. part. 10. c. 2. à n. 1. quos refero ego ipse de officio, & potest. Episc. p. 1. alleg. 58. n. 1. latè Ferentil. in ann. ad decis. 18. Buratt.

Sed à notitia computato.] Notatur ad hoc quod tempus sex mensum datum ad conferendum, est à tempore scientie vacationis numerandum, ut per Azor. infite.

De Supplenda negl. Prælat. Tit X. 157

infit.moral.p.2.lib.6.c.26.quest.10. Cald.Pereira *renonat.*
emphyt.q.6.n.24. Flores de Mena *var.lib.1.q.3.n.6.* Zerol.*in praxi Episc.p.1.verbo, Inspatronatus, vers. hic sunt,*
pag.mibi 182. Mantic. *decis.260.n.2.* Aloys.Ricc. *d.resol.*
184.n.1. Nicol.Garc. *d.c.2.n.15.* vbi *n.43.* tenet huius-
modi semestre tempus computari de momento ad mo-
mentum, & n.22. & 23. refert Rot.apud Seraph. *decis.*
702. tenuisse tempus sex mensibus datum Ordinariis
ad conferendum Parochiales ad eorum collationem
speciantes per Bullam Pij V. quæ dicit à die vacatio-
nis, intelligi à die vacationis nota. Idem etiam dicen-
dum de quatuor mensibus concessis Ordinariis ad
collationem faciem ad beneficis curam animarum
*habentibus, alias Sedi Apost. referuntur, Seraph. *decis.**
380. Et notitia quando dicatur agit Tiraq. *de retractu*
lign. §.38. gloss. n.32. Et quoad hoc propositum dicitur
ab eo tempore quo scire potuit, vel debuit Episcopus,
Nicol.Garc.d.c.2.n.28. & 26. Rota apud Farin. *p.2.10.1.*
decis.323.n.1. in recent.

5 Alium Superiorum non habet, ex tunc, &c.] Notatur
ad hoc quod in immediate Papæ subiectis deuolutio-
fit immediate ad Papam, vt per Selu. de benef. p.3. q.49.
n.4. Rebuff. in concord. §. si quid verò, verbo, ad alium, de
*collat. & d. rit de deuol. n.6. vers. nono, quos refert & se-
*quitur Cochier de iurisd. Ordinarij in exemptos, part. 4.**

q.30.n.5.
6 In gloss. Videamus ibi, Quia ordinata charitas à se ipso
incipit. Vide Duen. reg.32. Petr. Alphon. Valconcellos
in harmonia rubricarum iuris Canonici, ad rubr. de auctoritate,
& vñ palli, n.14. Flam. de resignat. lib. 9.q.7.n.117.
Surd. de alimenteris, tit. 1.q.94.n.1. & tit. 7.q.8. & q.29.n.1.
& decis.236.n.21. & conf. 205.n.12. & conf. 345. n.28.
Guttier. de tutelis, p.3. c.12. n.1 an fine, Cald.Pereira q.
forens. in comment. ad tit. Infit. de inoffic. testam. in princ.
n.21. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 131.
n.3. in 1. edit. & resol. 116.n.3. in 2. edit. & resol. 518.n.1.
Bellot. de quifite clerical. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 27.
num 8. & tit. de bonis clericorum. §. 13. num. 3. Ioseph. Sesse
Arag. decis. 26.n.6. Marc. Anton. var. lib. 3. resol. 42. n.9.
Card. Tusch. tom. 1. lit. C. concl. 210. à n.3.

7 In gloss. Imponatis, vlt. Notatur ad hoc quod mōra
purgatio non admittitur cum quid sit ipso iure, vt per
Tiraq. in l. s. unquam, verbo, reuerteretur, n. 10. C. de reno-
candis donat. dixi ad gloss. fin. cap. vlt. de elest.

S V M M A R I V M .

- 1 Collatio beneficij facta ab eo ad quem illa spectat lapso tempore Lateran. Concilij non valeret, nisi de misericordia toleraretur.
- 2 Collatio beneficij deuolutur ad Superiorum si ad quem illa spectat infra sex mensibus non disposuerit.
- 3 Inspatronatus etiam laicorum deuolutum ad Ordinarium conferendum est per concursum pro illa vice.
- 4 Parochialium in collatione facta iure deuoluto an forma examini, que coram inferiore requiritur, seruati debet, ostenditur, & n.5.
- 6 Tolerantia approbationis expressa dat ius in beneficio.

C A P. Literas. IV.

Conferre debens si post transactum tempus Con-
cilij Lateran. conferat, collatio non tenet nisi mi-
sericorditer in persona idonea toleretur. Colligunt ex
Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr.
Henric. Boich. Anan. Hoft. Innoc. Panorm. Bald. Butz.
Anch. Viuian. in ration. primi libri iuris Ponif. pag. 270.
Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 93. remissiue
Tom. I.

Ximen. in concord. p.2. refertur ab Anton. Aug. collect. 4.
Decret. lib. 1.tit.6.c.2.

Effent iure instituendi priuari.] Notatur ad hoc quod si Episcopus, vel is ad quem spectat beneficij collatio infra sex menses non disposuerit, collatio deuolutur ad Superiorum, vt per Azot. *infit moral.p.2.lib.6.c.27.* Cald.Pereira resp. 3. pro Alfonso de Penbaranda, num. 2.
Cochier de iurisd. Ordinarij in exemplis, p. 4 q. 30. num. 3. Nicol.Garc. de benef. p.10.c.4.n.10. Zerol. in praxi Episc. p. 1 verbo, beneficia, §. 2. in princ. Mantic. *decis.160.n.2.* Seraph. *decis.702.*

Circa materiam deuolutionis illud scitu dignissimum aduentum duxi. quod inspatronatus deuolutum ad Ordinarium conferendum est per concursum pro illa vice, prout in his terminis à sacra Congregatione decifum fuisse refert Galer. *in margarita casuus conscientia, verbo inspatronauerit.* Ego ipse de offic. & pteff. Episcopi, p.3.alleg. 60.n.18. in fine, nouissime Salgado de protel. *Regia tom. 1. p. 3.c.11.n.89.* vbi attestatur pariter ab eadem S. Congregatione resolutum in collatione Parochialis, que iure deuoluta conferuntur seruandam esse formam examini per concursum, quia patronus non lädtur, tum quia sublatu obstaculo presentationis, & iurispatrui illa vice exclusi res cedit ad Ordinarij potestatum, & n. 90. subdit hoc procedere etiam in Parochialibus iurispatrui laicorum, in quibus non habet locum concursus quando prouidentur ad eorum presentationem per Ordinarium, & hoc casu institutio, quam habebat Episcopus per deuolutionem resolutur in vim plenaria dispositionis, & collationis, vt tenet Paul. *conf. 194.n.20.lib.4.* quicquid dicar Maſobr. in sua praxi habendi concursum regis 1. dub. 22. secundum Romanum impr. 6

Vtrum autem in collatione Parochialium facta iure deuoluta forma examini, que coram inferiore requiritur, seruati debeat non requiri, sed dumtaxat locum habere quando iure ordinario Parochialis confertur, vel institutus, colligi videtur ex his, quæ tradit Nicol.Garc. de benef. p.10.c.5.n.22. dum resolutus quod in Doctoralibus præbendis deuolutus ad Superiorum ob non eorum factam electionem intra sex menses à iure statutis non requiritur forma consensu; quia hæc dumtaxat apposita videtur Episcopo, & Capitulo.

Verum requiri formam concensus tue ut nervosè Salgado d. c. 11. n.84. cum seqq. tum quia deuolutio fit cum omnibus suis qualitatibus, que à principio interant beneficij; & ad Superiorum deuolutum cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior prouidere tenebatur. Cabed. de patronat. *Regia Corona, c. 22. num. 3.* & 4. & Lusit. *decis. 2.n.4. & decis. 72. n.9. p.2.* Guttier. *conf. 1. num. 31. & conf. 2. n. 15.* Gonadal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 46. num. 33.* tum quia natura beneficij mutari non debet. Cephal. *conf. 358.n.8. col. 1.* Hieron. Gabr. *conf. 185. n.2. vol. 2.* tum quia Superior ad quem est deuolutum debet prouidere habenti qualitates à fandatore requiritas, vt plures referens tradit Perez de Lara *de amanuſi & appellari, lib. 1.c.10. n.27.* tum denique quia Maſobr. *var.lib. 1.c.52. n.2.4. in fine,* resolutus quod Concil. Trid. *eff. 24. de reform. c.18.* & Motus proprius Pij V. dum loquitur in Ordinatio, habet locum etiam in Episcopo subrogato.

Eas de patientia permittratis.] Notatur ad hoc quod tolerancia approbationis expressa dat ius in beneficio, præsternit si fiat à Papa, vt per Cosm. in pragmat. tit. de collation. §. fruſtra enim, in gloss. tolerandas, pagina mibi 190.

S V M M A

S V M M A R I V M.

1. Eligere debens si infra sex menses non elegit, electio denoultur ad superiorum.
 2. Eligere ad beneficia vacantia infra sex menses debent iij ad quos electio spectat.

C A P. Dilecto. V. & vlt.

Eligere debens si infra sex menses non eligit, elec^{tio} deuolutur ad superiore nullo appellationis obstatu suffragante. Colligunt ex Ord. Abb. antiquis Zabar, Colle^ct. Hof^t. Anch. Bellam, Ioan. Andr. Innoc. Imola, Panorm. Burz. Bald. Vitian. in rat. on. primi libri iuris Pontif. pag. 270. Alagon. in compend. iuris Canonici pag. 93. remissiu Ximen. in concord. p. 1.

93. *Centurie XI. cap. viii. p. 1.*
2 Procedere ad electionem, &c.] Notatur ad hoc quod
ad beneficia vacantia infra sex menses eligere debent
ij, ad quos electio spectat, ut docet Abb. per text. in
electus, de concess. prob. num. 2. quem refer & sequitur
Nicol. Garc. de benef. f. 11. v. 2. num. 2. vbi n. 3. & 4. id li-
mitat in Ecclesiis respectu principalis Praelati, nempe
Episcopi, & in Regularibus, in quibuscumque etiam
Praelatis principalibus perpetuis, quocumque nomine
nuncupentur, sive Abbates, sive Priors, sive Præpositi
qua Ecclesia suis principalibus Praelatis ob maius pe-
riculum impendens, sive imminente ultra tres mense
vacare non debent, e. postquam 50. dñs. c. obediensibus 63.
dñs. cap. i.e. pro defectu, sup. de elect.



SV P E R hanc rubr. scriperunt Zabar.
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panormit.
Anchar. But. Petr. Alphon. de Vascon-
cellos in h[ab]monia rubricarum iur. Canon.
Marr. Melhartius in epitom Decret. fol. 17.
Guillelm. Durand. Specul. in breuiario auro iuris Canon.
fol. 19. Dan. Venator; in analysi methodica iuris Pontific.
à pag. 60. Goffred. & Host. in summa huins tit. Alex.
Cassan. & Anaf. Germon. in parasitilis ad quinque libros
Decretalium, Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iur.
Canon. omnes sub hoc tit. Zypx. in analysica postremi iuris
Ecclesiast. enarrat. pag. 42. sub tit. de ordinandis pag. 44.
Ecclesiast. Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decretal. omnes
sub hac rubr.

De materia huius tit. vide Nau. tom. 1. consil. vbi sub hoc
tit. 47. consilia cunctulae, & quatuor Iacob. de Graffis
tom. 1. suorum consiliorum, & Sayr. in floribus decis. sub hoc
tit. 6. decisi radix. Rebuffi. in praxi benef. p. 2. tit. de clericis
ad sacros Ordines male promotis. Steph. Quaranta in sum-
Bull. verbo, Ordo. vers. deuenio ad secundum requisitum,
Henriq. in sum lib. 1. o. 1. 2. Franc. Leo in thesauro fori Ec-
cles. p. 1. c. 4. n. 2. 0. Vgolin. de potest Episc. c. 26 §. 2. 5. Bonac.
de Sacram. disq. 8. qn. vnic. punct. 6. Bernard. & Salzed. in
pralt. canon. crimin. c. 26. in nonissima edit.

V M M A R I V M.

* Ordines sacri diebus Dominicis, vel Sabbato Pentecoste
ab alio quam à Papa conferri non debent.

- 2 *Papa quilibet tempore Ordines etiam sacros conferre potest.*
 - 3 *Papa potest ex speciali graria Episcopo concedere ut Ordines extra tempora conferre possit.*
 - 4 *Dispensare potest Papa, ut extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antisibile ad sacros Ordines promoveri.*
 - 5 *Patres Societatis Iesu possunt extra tempora à iura statuta Dominicis, vel aliis diebus festiniis Ordines susciperi.*
 - 6 *Virginum consecratio solis diebus festini facienda est.*
 - 7 *Ordines minores quilibet Dominica, aut festina die conferri possant.*

C A P. Subdiaconos. I. *Alex. III.*

SVbdiaconatum diebus Dominicis nullus potest dare præter Papam, licet possit consecrare Virgines, & conferre Ordines minores diebus Dominicis. Item nulli licet dare sacros Ordines in Sabbato Pentecostes, sed in sequenti hebdomada. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam, Ioan. Andr. Imol. Henric. Anch. Host. Innoac. Panorm. Butr. Viunian. in rationali primi libri iuri Pontif. pag. 275. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 96. remissione Ximen. in concord. p. 1. refutetur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 6 c. 1.

*Nisi Romano Pontifici liceat, &c.] Notatur ad hoc quod Romanus Pont. quolibet tempore Ordines etiam sacros conferre potest, vt per Rebuff. in *praxi benefic.* p. 2. tit. de clericis male promitis, glossa. n. 11. & 12. H. eti. in sum. lib. 10. c. 12. §. 1. Maiol. de irregularib. lib. 3. c. 2. 4. n. 9. Salzed ad Bernard. in *pract.* c. 2. lit. A ver. & licet.*

Potest enim Summus Pont. Episcopo concedere ex speciali gratia ut Ordines extra tempora conferre possit, ut per Rebuff. d. gloss. l. n. 12. Stephan. Quaranta in summa Bullarij, ut erbo, Ordo, verf. denario ad secundum, in fine Maiol. de irregul. lib. 3. c. 14. n. 9. Vgolini, de offic. Episc. c. 2. §. 25. a prim. Homobon. de Bonis de exam. Eccles. n. 2. tr. 2. c. 1. q. 12. Et dispensare ut extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antisite ad sacros Ordines promouerit, Rebuff. super rez. 2. C. Cancel. vers. item hoc concedere posset. Portel. in dubius Regular. verbo *Ordines Sacri*, n. 4. Monet. de commut. vlt. volunt. c. 10. n. 18. 4. Homobon. de Bonis de examine Eccles. tr. 2. c. 1. q. 13. Vnde Patres 5 Soc. Iesv ordinari possunt ad quoquecumque Ordines etiam majoris extra tempora, ex induito Greg. XIII. ipis concessio, dabo Tufculi 22. Septemb. 1582. Virtute tamen aliorum priuilegiorum à Summis Pont. ante Concil. Trid. conciliorum non posse Regulares nunc ab Episcopis ordinari facris Ordinibus extra tempora resoluuit Miranda in manu[m]i Pratal. tom. 1. q. 9. 39. art. 4. Aloys. Ricci. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 93. n. 6. p. 4.

*Quamvis consecrandi, &c.] Notatur ad hoc quod 6
Virginum consecratio foliis diebus facta facienda est,
ut per Campan. in diuersorio iur. Canon. rubr. 12.c. 16.n.78.
post med. Salzd. d.c. 6. lit. A. vers. fine licentia, quem re-
fero de offic. & possest Episc. p. 2. alleg. 27.n.54.*

Et minores Ordines. J Notatur ad hoc quod qualibet
Dominica, aut festina die minores Ordines possunt
conferri, de quo est text. capitalis in cap. de eo, infra. hoc
tit. vbi dicimus.

SUMMARIUM

- 1 *Confuetudo non valet quod extra statuta tempora sacri
Ordines conferantur, &c n.2.*
3 *Multitudini delinquentium darcitur.*